ILLVSTRISS. D. SIRLETI S. R. E.
CARDINALIS, ANNOTATIONES
VARIARVM LECTIONVM IN PSALMOS, AD SACRI BIBLIORVM APPARATVS INSTRVCTIONEM.

IN LIBRIS vulgatis inſcriptio Pſalmi ſecundi eſt ψαλμὸς τῷ Δαβὶδ, ſed in exemplari Vaticanæ bibliothecæ nulla eſt inſcriptio, neque apud Hilarium Pittauenſem Epiſcopum, neque apud Ioannem Chryſoſtomum inuenimus inſcriptum eſſe hunc Pſalmum, quemadmodum neque Euſebius Cæſarienſis habuit inſcriptionem. Theodoritus Cyri annotat Pſalmum hunc ἀνεπίγραφον eſſe apud Hebræos. Conuenit cum his omnibus & beatus Auguſtinus. Melius igitur in Vaticano exemplari legitur ſine inſcriptione, quàm in Complutenſi in quo eſt inſcriptio ψαλμὸς τῷ Δαβίδ.

Verſ. 9. Quod legitur in vulgatis libris, ὡς σκεῦη κεραμέως, in Vaticano eſt, ὡς σκεῦος κεραμέως: quam lectionem ſecutus Interpres vertit, *vt vas figuli*. Alij habent in numero multitudinis. Sed verior lectio eſt illa, ὡς σκεῦος, quippe quæ conuenit cum Hebræo, & cum noſtra vulgata editione. Sic legit beatus Hilarius, ſanctus & grauis Doctor, quemadmodum & beatus Auguſtinus. In Complutenſi legitur ὡς σκεύη, quam lectionem habuit Euſebius Cæſar. & Theodoritus Cyri.

PSAL. III. verſ. 5. quod legitur, ἐγὼ δὲ ἐκοιμήθην, in Vaticano libro eſt, ἐγὼ ἐκοιμήθην, quam lectionem ſecutus Interpres vertit: *ego dormiui*. Sic legit Euſebius Cæſar. & Theodoritus Cyri. In Complutenſi legitur, ἐγὼ δὲ ἐκοιμήθην. ſed melius in Vaticano exemplari quod non habet coniunctionem illam, δὲ, ſicut neque in Hebræo legitur.

In eodem Pſalmo vulgati libri habent ἐξηγέρθην ὅτι κύριος ἀντιλήψεταί μου. ſed Vaticanus habet, καὶ ἐξηγέρθη ὅτι κύριος ἀντιλήψατό μου, quæ lectio conuenit cum noſtra vulgata editione, in qua legitur, *Et exurrexi, quoniam Dominus ſuſcepit me*. Complutenſis habet ἐξηγέρθω, ὅτι κύριος ἀντιλήψεταί μου.

INSCRIPTIO quarti Pſalmi eſt in libris impreſſis, εἰς τέλος ἐν ὕμνοις ψαλμὸς τῷ Δαβὶδ. Vaticanus noſter habet, εἰς τὸ τέλος ἐν ψαλμοῖς ᾠδὴ τῷ Δαβὶδ: ſic & Euſebius Cæſ. in ſuis Comment. Theodoritus legit εἰς τὸ τέλος ψαλμὸς ᾠδὴ τῷ Δαβὶδ. hanc inſcriptionẽ ſequitur beatus Auguſtinus, vt apparet in quarti Pſalmi enarratione.

PSAL. V. verſ. 4. legitur in Complutenſi τὸ πρωῒ προσεύξομαί σοι καὶ ἐπόψει με. in Vaticano exemplari τὸ πρωῒ προσεύξομαί σοι καὶ ἐπόψομαι. Sic habet & beatus Hieronymus in editione LXX. hanc lectionem ſecutus Interpres vertit, *Mane adſtabo tibi & videbo*. Theodoritus legit, ἐπόψῃμι, ſed veriorem putamus lectionem ἐπόψομαι, quæ & conuenit cum Hebræo.

Eod. Pſal. verſ. 9. quod habent vulgati libri κατεύθυνον ἐνώπιόν σου τὴν ὁδόν μου: in Vaticano legitur κατεύθυνον ἐνώπιόν μου τὴν ὁδόν σου: quam lectionem vt à LXX. Interpretibus editam approbat ſanctus Hieronymus: Theodoritus ſequitur, & interpretatur ἐνώπιόν σου τὴν ὁδόν μου, quemadmodum & Interpres videtur legiſſe, & ſanctus Auguſtinus. Sic enim habet, *Dirige in conſpectu tuo iter meum*. Complutenſis conuenit cum vulgata. In Vaticano libro legimus ἐνώπιόν μου τὴν ὁδόν σου, quod conuenit cum Hebræo.

PSAL. VI. verſ. 8. & 9. in vulgatis eſt ἤκουσε κύριος: in Vaticano εἰσήκουσε κύριος. Sic habet Theodoritus Cyri; ſic & Interpres habuit, itaque vertit, *Exaudiuit Dominus*.

Verſ. 10. Αἰσχυνθείησαν καὶ ταραχθείησαν πάντες οἱ ἐχθροὶ, In Vaticano legitur Αἰσχυνθείησαν καὶ ταραχθείησαν σφόδρα πάντες οἱ ἐχθροί μου. quam lectionem videtur ſecutus Interpres: itaque vertit, *Erubeſcant & conturbentur vehementer omnes inimici mei*. Sanctus Doctor Hieronymus fatetur in editione vulgata nõ haberi vocẽ illam *vehementer*, ſed tamen ab omnibus Interpretibus verſum fuiſſe σφόδρα; quod in Hebræo legitur.

PSAL. IX. verſ. 7. in Complutẽſi, & vulgata Græca lectione habetur, ἀπώλετο τὸ μνημόσυνον αὐτῶν· ſed in Vaticano exemplari legitur, ἀπωλέτω τὸ μνημόσυνον αὐτῶν. quam lectionem ſecutus eſt Interpres, & in Hebræo etiam habetur in numero multitudinis.

In eodem Pſalmo verſ. 9. vulgata editio Græca impreſſa habet, ἐν ὀπαισίαις ἐν θλίψεσι. Sic & in Complutenſi legitur. Sed in Vaticano libro inuenimus ἐν ὀπαισίαις ἐν θλίψῃ. quam lectionem ſecutus Interpres vertit, *In opportunitatibus, in tribulatione*. In Hebræo etiam legitur in numero ſingulari.

Item verſ. 15. quod legitur in libro impreſſo & Complutenſi ἀγαλλιασόμθα ὅτι τῷ σωτηρίῳ σου, In Vaticano eſt, ἀγαλλιάσομαι ὅτι τῷ σωτηρίῳ σου, quemadmodum & Interpres videtur legiſſe. Et in Hebræo habetur in numero ſingulari.

Item verſ. 1. Pſalmi decimi ſecũdùm Hebræos, impreſſus liber habet, ὑπερορᾷς ἐν ὀπαισίαις ἐν θλίψεσι: ſed in Vaticano eſt ὑπερορᾷς ἐν ὀπαισίαις ἐν θλίψῃ. quemadmodum & Interpres legit, & in Hebræo habetur.

In eodem verſ. 12. impreſſus liber habet, ἀνάστηθι κύριε ὁ θεός μου. ſic & Complutenſis. In Vaticano eſt ἀνάστηθι κύριε ὁ θεὸς, quemadmodum & Interpres habet, & Hebræa lectio.

Quod in eodem propè verſu legitur in vulgata lectione, τῆς πενήτων σου εἰς τέλος, In Vaticano non leguntur hæc verba, σοῦ εἰς τέλος, neque in Hebræo. bene igitur Interpres conuertit hæc, μὴ ὀπιλάθῃ τῆς πενήτων. ne obliuiſcaris pauperum. In Complutenſi leguntur etiam illa, σοῦ εἰς τέλος.

Paulò pòſt verſ. 14. impreſſus habet, τὸ παραδοῦναι αὐτὸν. ſed in Vaticano legitur τὸ παραδοῦναι αὐτές. quæ verba Interpres conuertit, *Vt tradas eos*. Complutenſis habet, τὸ παραδοῦναι αὐτόν.

Item illud verſ. 16. κύριος βασιλεὺς εἰς τὸν αἰῶνα, in Vaticano legitur, κύριος βασιλεύσει εἰς τὸν αἰῶνα: quam lectionem ſecutus Interpres vertit, *Dominus regnabit in æternum*. Ita legit & ſanctus Auguſtinus.

QVOD in extremo verſu Pſalmi 10. legitur διϋπτας εἶδε, in Vaticano eſt διϋπτα εἶδε, quemadmodum & Interpres legit. Sic habet & Clemens Alexandrinus in Stromate VI. Sic & ſanctus Auguſtinus, & Theodoritus. in Hebræo etiam habetur in numero ſingulari. In Complutenſi legitur διϋπτας εἶδε.

PSAL. XI. verſ. 2. lectio impreſſa habet ἐν καρδίᾳ ἐλάλησε κακὰ: in Vaticano legimus ἐν καρδίᾳ ἐλάλησαν. ſic & Interpres habuit, ſic & beatus Auguſtinus, & Theodoritus. in Complutenſi legitur ſicut in vulgato libro impreſſo.

Item verſ. 3. in aliquibus libris impreſſis legitur, καὶ γλῶσαν μεγαλορρήμονα, in Vaticano legitur ſine coniunctione illa καὶ, ſicut & in Complutenſi, in Hebræo, in ſancto Auguſtino, & in vulgata noſtra editione.

Paulò pòſt verſ. 4. τὰ χείλη ἡμῶν παρ' ἡμῖν ἐστιν: in Vaticano legitur τὰ χείλη ἡμῶν ἀπὸ ἡμῶν ἐστὶ. quam lectionem

BIBLIOTECA DERECHO

ctionem ſecutus Interpres vertit, *Labia noſtra à nobis ſunt*. In Complutenſi habetur, παρ' ἡμῖν, quemadmodum & beatus Auguſtinus videtur legiſſe. habet enim, *Labia noſtra apud nos ſunt*. Quę lectio videtur etiam magis cum Hebræo conuenire.

Prope finem verſ. 8. legitur καὶ εἰς τὸν αἰῶνα, in Vaticano habetur ſine cõiunctione illa καὶ, ſic & in Hebręo.

PSAL. XII. verſ. 3. impreſſus liber habet, ἐν καρδίᾳ μου ἡμέρας καὶ νυκτός. in Vaticano legitur ἐν καρδίᾳ μου ἡμέρας, quemadmodum & in Hebræo. Interpres ſic legit.

PSAL. XIII. verſ. 4. quod legitur, οἱ ἐσθίοντες τὸν λαόν μου, in Vaticano habetur, οἱ κατεσθίοντες τὸν λαόν μου. Ita videtur legiſſe & Interpres.

QVARTI DECIMI Pſalmi inſcriptio eſt in libris impreſſis, εἰς τὸ τέλος ψαλμὸς τῷ Δαβίδ, ſed in Vaticano legitur tantùm ψαλμὸς τῷ Δαβὶδ, *Pſalmus Dauid*. Sic eſt & apud beatum Auguſtinum, & ſanctum Hieronymum, neque in Hebræo quicquam amplius habetur.

PSAL. XV. verſ. 3. in libris impreſſis legitur ἐθαυμάστωσεν ὁ κύριος πάντα τὰ θελήματα αὐτοῦ, in Vaticano autẽ eſt, ἐθαυμάστωσε πάντα τὰ θελήματα αὐτοῦ, neq. in Hebræo legitur vox illa, *Dominus*, ſic & Interpres habuit.

PSAL. XVI. verſ. 2. οἱ ὀφθαλμοί μου ἰδέτωσαν δυθύτητας, in impreſſo libro & Complutenſi. ſed in Vaticano legitur, οἱ ὀφθαλμοί σου ἰδέτωσαν δυθύτητας. ſic habuit Interpres, & eſt in Hebræo.

Item in verſ. 8. φύλαξόν με κύριε ὡς κόρην, in Vaticano legitur φύλαξόν με ὡς κόρην, ſic habuit Interpres, ſic eſt & in Hebræo.

PSAL. XVII. verſ. 3. κέρας σωτηρίας μου καὶ ἀντιλήπτωρ μου: in Vaticano legitur, κέρας σωτηρίας μου, ἀντιλήπτωρ μου, neque in Hebræo eſt coniunctio &.

Item verſ. 9. quod in aliquibus impreſſis legitur ἀνθρακες ἀνήφθησαν ἐπ' αὐτοῦ, in Vaticano & Complutẽſi melius habetur, ἄνθρακες ἀνήφθησαν ἀπ' αὐτοῦ: ſic habuit Interpres, & eſt in Hebræo.

Item verſ. 15. ἐξαπέστειλε βέλη, in Vaticano legitur καὶ ἐξαπόστειλε βέλη. ſic & Interpres legit, & in Hebræo habetur.

Item verſ. 36. καὶ ἔδωκάς μοι ὑπερασπισμὸν σωτηρίας, in Vaticano legitur, καὶ ἔδωκάς μοι ὑπερασπισμὸν σωτηρίας σου: quam lectionem ſecutus eſt Interpres, & ſic in Hebræo legimus.

Verſ. 47. ζῇ κύριος καὶ δυλογητὸς ὁ θεός, in Vaticano legitur, ζῇ κύριος, καὶ δυλογητὸς ὁ θεός μου: quam lectionem ſecutus Interpres vertit, *Viuit Dominus, & benedictus Deus meus*.

Verſ. 51. & vlt. μεγαλυῶν τὰς σωτηρίας τοῦ βασιλέως, in Vaticano legitur, μεγαλυῶν τὰς σωτηρίας τοῦ βασιλέως αὐτοῦ, quæ lectio conuenit cum editione Latina vulgata, & cum Hebræa.

PSAL. XIX. verſ. 6. legitur in libris impreſſis καὶ ἐν ὀνόματι κυρίου θεοῦ ἡμῶν, ſed in Vaticano eſt, καὶ ἐν ὀνόματι θεοῦ ἡμῶν, ſic habuit Interpres, & eſt in Hebræo.

PSAL. XXI. verſ. 12. ὁκ ἔστιν ὁ βοηθῶν μοι, in Vaticano ita eſt, ὁκ ἔστιν ὁ βοηθῶν: quam lectionem ſecutus Interpres vertit, *non eſt qui adiuuet*; & in Hebræo tantundem eſt.

Item illud verſ. 24. φοβηθήτω δὴ ἀπ' αὐτοῦ, in Vaticano legitur, φοβηθήτωσαν αὐτὸν: in Complutenſi, φοβηθήτω δὴ αὐτοῦ. Interpres videtur legiſſe vt eſt in Vaticano.

Poſt verba illa verſ. 26. ἀπὸ σοῦ ὁ ἔπαινός μου ἐν ἐκκλησίᾳ μεγάλῃ. Impreſſi libri habent, ἐξομολογήσομαί σοι; ſed in Vaticano legitur poſt ἐν ἐκκλησίᾳ μεγάλῃ, τὰς δυχάς μου ἀποδώσω, *vota mea reddam*. quæ lectio videtur melior, quia conuenit cum vulgata Latina, & Hebræa.

PSAL. XXII. verſ. 5. impreſſi habent, καὶ τὸ ποτήριόν σου μεθύσκον. Vaticanus verò, καὶ τὸ ποτήριόν μου μεθύσκον. quam lectionem ſecutus Interpres vertit, *Et calix meus inebrians*: eamque veriorem eſſe affirmat beatus Hieronymus in epiſtola ad Suniam, & Fretelam. cùm & LXX. & Hebræi; & omnes Interpretes ſic habeant. In Complutenſi verò legitur, τὸ ποτήριόν σου, &c.

PSAL. XXIII. verſ. 6. quod in libris impreſſis legitur, αὕτη ἡ γενεὰ ζητούντων τὸν κύριον, in Vaticano habetur, αὕτη ἡ γενεὰ ζητούντων αὐτὸν. quæ lectio videtur melior, cùm ſit congruens vulgatæ noſtræ, & Hebrææ.

PSAL. XXIIII. verſ. 2. poſt verba illa, μὴ καταισχυνθείω, impreſſi libri & Cõplutenſis habent, εἰς τὸν αἰῶνα. ſed Vaticanum exemplar non habet, neque vulgata editio, neque Hebræa.

In eodem Pſalmo verſ. 14. quod legitur καὶ ἡ διαθήκη αὐτοῦ δηλώσει αὐτοῖς, in Vaticano eſt, καὶ ἡ διαθήκη αὐτοῦ τοῦ δηλῶσαι αὐτοῖς. quam lectionem ſecutus Interpres vertit, *Et teſtamentum ipſius, vt manifeſtetur illis*. Eandem ſequitur beatus Auguſtinus in Commentariis: beatus Hieronymus ſecutus priorem vertit: *Et teſtamentum ipſius manifeſtabit illis*.

Inſcriptio PSAL. XXV. in libris impreſſis eſt ψαλμὸς τῷ Δαβίδ, ſed in Vaticano hoc tantùm legitur, τοῦ Δαβίδ. neque in Hebræo habetur quicquam amplius.

PSAL. XXVI. verſ. 3. ἐὰν δὲ ὡδαταξητε: in Vaticano, & Complutenſi legitur ſine coniunctione illa δὲ, quæ lectio conuenit cum vulgata.

In eodem verſ. 4. ταύτην ζητήσω, in Vaticano ταύτην ἐκζητήσω. Ita videtur legiſſe Interpres, quamobrem vertit, *hanc requiram*.

Item illud verſ. 4. καὶ ἐπισκέπτεσθαι τὸν ναὸν τὸν ἅγιον αὐτοῦ. in exemplari Vaticano legitur, καὶ ἐπισκέπτεσθαι τὸν ναὸν αὐτοῦ: quę lectio conuenit cum vulgata noſtra Latina, & Hebræa. Sic legit & ſanctus Doctor Hieronymus.

Verſ. 6. qui legitur in libris impreſſis, ἐκύκλωσα καὶ ἔθυσα ἐν τῇ σκιῇ αὐτοῦ θυσίαν αἰνέσεως καὶ ἀλαλαγμῷ, in Vaticano habetur ſic, ἐκύκλωσα καὶ ἔθυσα ἐν τῇ σκηνῇ αὐτοῦ θυσίαν ἀλαλαγμοῦ: quam lectionem ſecutus Interpres vertit, *Circuiui & immolaui in tabernaculo eius hoſtiam vociferationis*. Sic legit & ſanctus Auguſtinus, niſi quod pro *hoſtiã vociferationis* habet, *hoſtiam iubilationis*.

Paulò pòſt verſ. 8. vulgati libri habent, σοὶ εἶπεν ἡ καρδία μου, κύριον ζητήσω: in Vaticano autem non leguntur verba illa, κύριον ζητήσω. quæ neque ſunt in editione noſtra vulgata, neque in Commentariis beati Auguſtini: conuenit etiam Hebraica lectio.

PSAL. XXVII. verſ. 1. in quibuſdam libris impreſſis poſt verba illa primi verſus, μὴ παρασιωπήσης ἀπ' ἐμοῦ, deſunt hæc, μήποτε ὡδασιωπήσης ἀπ' ἐμοῦ, in Cõplutenſi non deſunt, niſi hæ duæ voces ἀπ' ἐμοῦ. in Vaticano lectio eſt integra: vt etiam in Theodorito.

Sequens verſ. εἰσάκουσον κύριε τῆς φωνῆς, in Vaticano legitur, εἰσάκουσον τῆς φωνῆς: quam lectionẽ veriorem eſſe docet beatus Hieron. in his quæ ſcripſit ad Suniam & Fretelam. Ait enim additam eſſe vocem illam κύριε.

Eod. Pſalmo verſ. 3. quod legitur, μὴ συνελκύσῃς με μετὰ ἁμαρτωλῶν: Vaticanum exemplar habet ſic, μὴ συνελκύσῃς μετὰ ἁμαρτωλῶν τὴν ψυχήν μου. hanc lectionem ſecutus eſt beatus Auguſtinus in Comment. Sed neq. Theodoritus, neq. alij, quos legerim, habent, niſi Vaticanus tantùm liber: quod volui notare, ne quis cùm pro eo, quod in vulgata legitur: *Ne ſimul trahas me cum peccatoribus*, in Commentariis ſancti Auguſtini legit, *Ne ſimul trahas cum peccatoribus animam meam*; exiſtimet temerè hoc dixiſſe ſanctum Doctorem illum, cùm etiam, vt diximus, in nonnullis exemplaribus Græcis lectio illa inueniatur, μὴ συνελκύσῃς μετὰ ἁμαρτωλῶν τὴν ψυχήν μου.

INSCRIPTIO Pſalmi XXIX. in libris impreſſis eſt, ψαλμὸς ὠδῆς τῆς ἐγκαινισμοῦ τοῦ οἴκου Δαβίδ: in Vaticano autem legitur, εἰς τὸ τέλος ψαλμὸς ὠδῆς τοῦ ἐγκαινισμοῦ τῆς οἴκου Δαβίδ. Eandem inſcriptionem habet Theodoritus in ſuis Commentariis: niſi quòd verba illa, εἰς τὸ τέλος, habet in fine inſcriptionis. Eandem ſecutus eſt & ſanctus Auguſtinus. Sic enim habet, *In finem Pſalmus cantici dedicationis domus ipſi Dauid*.

In eodem Pſalmo verſ. 8. vulgati libri habent, ἀπέστρεψας δὲ τὸ πρόσωπόν σου: in Vaticano legitur ſine coniunctione illa δὲ, ἀπέστρεψας τὸ πρόσωπόν σου: quam lectionem

lectionem ſecutus Interpres conuertit, *Auertiſti faciem tuam à me, & factus ſum conturbatus.* Eodem modo habet & ſanctus Auguſtinus in ſuis Commentariis, neque in Hebræo legitur coniunctio aliqua.

PSAL. XXX. verſ. 5. Vulgati libri Græci habent, ὅτι σὺ εἶ ὑπερασπιστής μου κύριε, in Vaticano habetur hoc tantùm. ὅτι σὺ εἶ ὑπερασπιστής μου. Sic & vulgata Latina editio, & beatus Auguſtinus legit in enarratione huius Pſalmi.

Eod. Pſalmo verſ. 9. quod legitur in vulgatis ὐ συνέκλεισάς με εἰς χεῖρας ἐχθροῦ, in Vaticano eſt, ὐ συνέκλεισας με εἰς χεῖρας ἐχθροῦ. quam lectionẽ ſecutus Interpres vertit, *Nec concluſiſti me in manibus inimici.* Sic & beatus Auguſtinus: niſi quòd pro *in manibus*, legit *in manus.*

PSAL. XXXI. verſ. 2. pro eo quòd vulgata editio habet, *Nec eſt in ſpiritu eius dolus:* In libris Græcis impreſſis legitur, ὐδὲ ἔστιν ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ δόλος, *Nec eſt in ore eius dolus.* quam lectionem ſecutus eſt & beatus Auguſtinus. Verùm LXX. Interpretes, & Theodotion quinta & ſexta editio, & Aquila & ipſum Hebraicum *in ſpiritu eius* habent, vt ſanctus Hieronymus annotauit in his quæ ſcripſit ad Suniam, & Fretelam. Vera igitur lectio Græca eſt, ὐδὲ ἔστιν ἐν τῷ πνεύματι αὐτοῦ δόλος. quam ſecutus Interpres vertit, *Nec eſt in ſpiritu eius dolus.* Ita legit beatus Ambroſius in libro II. de Pœnitentia cap. v. & de Noë cap. LXX.

PSAL. XXXII. verſ. 3. Vaticanus liber habet, καλῶς ψάλατε ἐν ἀλαλαγμῷ: pro quo in vulgatis libris legitur, καλῶς ψάλατε αὐτῷ ἐν ἀλαλαγμῷ, conuenit cum Hebræo: ſed Interpres legit καλῶς ψάλατε αὐτῷ ἐν ἀλαλαγμῷ.

In eodem Pſalmo verſ. 5. vulgata editio habet ἀγαπᾷ ἐλεημοσυνὴν καὶ κρίσιν ὁ κύριος. ſed in Vaticano legitur ἀγαπᾷ ἐλεημοσυνὴν ἢ κρίσιν. quam lectionẽ ſecutus Interpres vertit, *Diligit miſericordiam, & iudicium:* neque in Hebræo eſt amplius. Sic legit & ſanctus Doctor Auguſtinus.

Item illud verſ. 20. ἡ δὲ ψυχὴ ἡμῶν, in Vaticano legitur, ἡ ψυχὴ ἡμῶν, neque in Hebræo eſt amplius. hanc lectionem ſecutus Interpres vertit, *Anima noſtra, &c.* ſic legit & beatus Auguſtinus.

In extremo verſ. eiuſdem Pſalmi legitur γένοιτο κύριε τὸ ἔλεός σου ἐφ' ἡμᾶς. At in Vaticano exemplari eadem verba leguntur hoc ordine, γένοιτο τὸ ἔλεός σου κύριε ἐφ' ἡμᾶς. quam lectionem ſecutus Interpres vertit, *Fiat miſericordia tua Domine ſuper nos.* Eodem ordine verborum legitur hic verſus & in Hebræo.

PSAL. XXXIII. verſ. 5. quod legitur in vulgatis libris ἐκ πασῶν τῶν θλίψεών μου. in Vaticano habetur, ἐκ πασῶν τῶν παροικιῶν μου: ſed Interpres legit, ἐκ πασῶν τῶν θλίψεων μου. Itaque vertit, *Ex omnibus tribulationibus meis.*

INSCRIPTIO Pſalmi XXXIIII. in vulgatis libris eſt, ψαλμὸς τῷ Δαβίδ: ſed in Vaticano eſt τῷ Δαβίδ, neque in Hebræo eſt amplius.

In eodem Pſalmo verſ. 11. legitur in Græcis vulgatis, ἀναστάντες μοι μάρτυρες, in Vaticano autem, ἀναστάντες μάρτυρες: quam lectionem ſecutus Interpres vertit, *Surgentes teſtes.* Conuenit lectio Vaticani libri cum Hebræo. Eodem modo legit & ſanctus Auguſtinus in Commentariis.

In eodem Pſalmo verſ. 20. καὶ ἐπ' ὀργὴν δόλους διελογίζοντο: ſed Vaticanus liber habet, καὶ ἐπ' ὀργῇ τῆς γῆς δόλους διελογίζοντο. Sed Interpres legit, vt eſt in Vaticano. itaque vertit, *In iracundia terræ dolos cogitabant.* Sic legiſſe videtur & Theodoritus.

Item verſ. 24. quod legitur, κρῖνον με κύριε κατὰ τὴν δικαιοσύνην σου, in Vaticano eſt, κρῖνον με κατὰ τὴν δικαιοσύνην σου: quam lectionem habet Hebraica & vulgata noſtra editio.

INSCRIPTIO Pſalmi XXXV. in libris Græcis vulgatis eſt, εἰς τὸ τέλος τῷ παιδὶ τοῦ κυρίου Δαβίδ, in Vaticano eadem eſt, niſi quod pro τῷ παιδὶ legitur τῷ δούλῳ.

INSCRIPTIO Pſalmi XXXVI. in vulgatis eſt, ψαλμὸς τῷ Δαβίδ, ſed in Vaticano tantùm legitur, τῷ Δαβίδ, neque amplius eſt in Hebræo.

Pro eo quod in eodem Pſalmo verſ. 4. legitur in Græcis impreſſis, δώη σοὶ τὰ αἰτήματα, Vaticanus codex habet δώσει σοὶ τὰ αἰτήματα. quam lectionẽ ſecutus eſt & Interpres Latinus.

Item quod legitur verſ. 7. ἐν ἀνθρώπῳ ποιοῦντι παρανομίαν, in Vaticano eſt, ἐν ἀνθρώπῳ ποιοῦντι παρανομίας.

In eodem verſ. 23. legitur, καὶ τὴν ὁδὸν αὐτοῦ θελήσει σφόδρα, in Vaticano habetur, καὶ τὴν ὁδὸν αὐτοῦ θελήσει. quã lectionẽ ſecutus Interpres vertit, *Et viam eius volet.*

Item in vulgatis Græcis verſ. 24. habetur, κύριος ἀντιλαμβάνεται χειρὸς αὐτοῦ. ſed in Vaticano legitur κύριος ἀντιλαμβάνει χεῖρα αὐτοῦ: quam lectionem ſequens Latinus Interpres vertit, *Dominus ſupponit manum ſuam.*

In eodem verſ. 26. legitur, ἐλεεῖ καὶ δανείζει ὁ δίκαιος: in Vaticano habetur, ἐλεεῖ καὶ δανείζει: quæ lectio conuenit cum vulgata editione.

PSAL. XXXVII. verſ. 21. prope finem, quod legitur, οἱ ἀνταποδιδόντες μοι κακὰ, in Vaticano eſt, οἱ ἀνταποδιδόντες κακὰ: quæ lectio conuenit cum editione vulgata Latina.

PSAL. XXXVIII. verſ. 11. vulgata lectio Græca habet, ἀπὸ τῆς ἰσχύος: ſed Vaticanus codex, ἀπὸ τῆς ἰσχύος. Sic & Interpres Latinus habuit.

Sequens verſ. 12. habet, πλὴν μάτην πᾶς ἄνθρωπος, in Vaticano legitur, πλὴν μάτην πᾶς ἄνθρωπος παροξύνεται. quæ lectio conuenit cum editione Latina vulgata.

PSAL. XXXIX. verſ. 7. vulgata lectio Græca continet, ὁλοκαυτώματα καὶ περὶ ἁμαρτίας οὐκ ἐζήτησας: ſed Vaticanus codex, ὁλοκαύτωμα καὶ περὶ ἁμαρτίας οὐκ ᾔτησας: quam lectionem ſecutus Interpres Latinus vertit *holocauſtum, & pro peccato non poſtulaſti.* In epiſtola verò ad Hebræos cap. 10. verſ. 6. Paulus Apoſtolus habet *holocautomata.*

PSAL. XL. verſ. 4. vulgata lectio Græca eſt, κύριος βοηθήσει, Vaticanus verò liber habet, κύριος βοηθήσαι. Sic & Interpres Latinus habuit: itaque vertit, *Dominus opem ferat.*

In eodem legitur verſ. 7. in vulgatis, καὶ εἰσεπορεύετο τοῦ ἰδεῖν: ſed in Vaticano habetur, καὶ εἰ εἰσεπορεύετο τοῦ ἰδεῖν. quam lectionem ſecutus Interpres vertit, *Et ſi ingrediebatur, vt videret.* quæ lectio verior eſt, & conuenit cum Hebræo.

PSALM. XLIII. verſ. 2. vulgata lectio eſt, καὶ οἱ πατέρες ἡμῶν. in Vaticano eſt, οἱ πατέρες ἡμῶν: quod etiam in Hebræo legitur ſine coniunctione.

Item illud verſ. 10. ἐκ ἐξελοῦσῃ ὁ θεὸς ἐν ταῖς δυναμέσιν ἡμῶν: in Vaticano legitur, ἐκ ἐξελοῦσῃ ἐν ταῖς δυνάμεσιν ἡμῶν. Vocem illam ὁ θεὸς neque in Græcis emendatioribus, neque in Hebræo legimus. beatus etiam Hieronymus in his, quæ ſcripſit ad Suniam & Fretelam, aſſerit hoc loco ſuperfluum eſſe. At beatus Auguſtinus videtur legiſſe, vt nunc habetur in vulgatis libris Græcis.

In eodem Pſalmo verſ. 13. legitur in Complutenſi, & aliis vulgatis libris Græcis, καὶ ἐκ ἦν πλῆθος ἐν τοῖς ἀλαλάγμασιν: ſed in Vaticano, καὶ ἐκ ἦν πλῆθος ἐν τοῖς ἀλλάγμασιν: quam lectionem ſecutus Interpres vertit, *Et non fuit multitudo in commutationibus.* Corruptè autem legitur, ἀλαλάγμασιν, cùm ſit legendum ἀλλάγμασιν: beatus Auguſtinus legit, & interpretatur, ἐν τοῖς ἀλαλάγμασιν, hoc eſt, *in iubilationibus*; ſed verior lectio eſt, ἐν τοῖς ἀλλάγμασιν.

PSAL. XLIIII. verſ. 12. & 13. quod legitur, καὶ προσκυνήσεις αὐτῷ, καὶ θυγάτηρ Τύρου, in aliis manuſcriptis Græcis habetur his verbis: προσκυνήσουσιν αὐτῷ θυγατέρες Τύρου ἐν δώροις. Ita vertiſſe LXX. Interpretes teſtis eſt

teſtis eſt Theodoritus. Hanc lectionem ſecutus beatus Auguſtinus legit, *Adorabunt eum filiæ Tyri in muneribus.*

In eodem Pſalmo verſ. 17. vulgata lectio habet, ἐγενήθησαν υἱοί σου: ſed Vaticana ἐγλυήθησάν σοι υἱοὶ. quam ſecutus Interpres Latinus vertit, *Nati ſunt tibi filij.* ſic legit & beatus Auguſtinus.

Item illud verſ. 18. μνησθήσομαι τῦ ὀνόματός σου: in aliis legitur μνησθήσονται τῦ ὀνόματός σου. Priorem lectionem ſequitur Hieronymus, in his quæ ſcripſit ad Principiam virginem; poſteriorem Auguſtinus in Commentariis.

PSALM. XLV. verſ. 6. καὶ ἐ σαλευθήσεται, in Vaticano legitur, ἐ σαλευθήσεται. In Hebræo etiam legitur ſine coniunctione. ſic & in Commentariis ſancti Auguſtini.

Paulò pòſt verſ. 7. vulgati libri habent, ἔδωκε φωνὴν αὐτοῦ ὁ ὕψιστος. ſed Vaticanus, ἔδωκε φωνὴ αὐτοῦ: quæ lectio verior eſt, congruens cum Hebræo, & cum noſtra vulgata.

Paulò pòſt verſ. 9. in vulgatis Græcis, δεῦτε καὶ ἴδετε. in Vaticano, δεῦτε ἴδετε: neque in Hebræo legitur cum coniunctione. Item illud, τὰ ἔργα τῦ θεοῦ: in Vaticano eſt, τὰ ἔργα τῦ κυρίου. quam lectionem ſecutus eſt Interpres Latinus, & ſanctus Auguſtinus.

PSALM. XLVII. verſ. 10. vulgata lectio Græca habet, ἐν μέσῳ τῦ λαοῦ σου. ſed Vaticanus codex, ἐν μέσῳ τῦ ναοῦ σου. quam lectionem ſecutus Interpres vertit, *In medio templi tui.* Priorem lectionem ſequitur ſanctus Auguſtinus in huius Pſalmi enarratione. Verùm ſanctus Hieronymus ſcribens ad Suniam & Fretelam, probat veram lectionem eſſe ἐν μέσῳ τ ναοῦ σου: Complutenſis habet ἐν μέσῳ τῦ λαοῦ σε.

PSAL. XLVIII. verſ. 15. vulgati libri habent, ἐκ τῆς δόξης αὐτῶν ἐξώθησαν: Vaticanus verò, ἐκ τῆς δόξης αὐτῶν ſine verbo illo ἐξώθησαν: neque Auguſtinus habuit, neque Theodoritus in libris emendatis.

Verſ. 21. & vlt. Pſalmi legitur in libris vulgatis, καὶ ἄνθρωπος ἐν τιμῇ ὢν: ſed in Vaticano habetur, ἄνθρωπος ἐν τιμῇ ὢν. quam lectionem veriorem eſſe docet beatus Hieronymus: quo loco ad Suniam & Fretelam ſcribens, ait: Sciendum quòd iſte verſiculus, *Homo cùm in honore eſſet*, bis in hoc Pſalmo ſit, & in priori additam habeat & coniunctionem, in fine non habeat. hæc ſanctus & illuſtris Doctor Hieronymus. beatus etiam Auguſtinus legit ſine coniunctione.

PSALM. XLIX. verſ. 7. quod legitur in libris vulgatis, ἀκουσον λαός μου καὶ λαλήσω σοι: In Vaticano exemplari eſt, ἄκουσον λαός μου καὶ λαλήσω σοι. liber Cõplutenſis habet vt Vaticanus. quã lectionem ſequitur Interpres.

In eodem Pſalmo verſ. 10. vulgati libri habẽt τὰ θηρία τοῦ ἀγροῦ. ita & Complutenſis. ſed in Vaticano legitur τὰ θηρία τῦ δρυμοῦ. quam lectionem teſtatur Euthymius ſe vidiſſe in nonnullis exemplaribus. hanc & Interpres ſecutus vertit, *ſyluarum.*

In eodem Pſalmo verſ. 15. quod vulgati libri habent, ἐν ἡμέρᾳ θλίψεώς σου: in Vaticano legitur, ἐν ἡμέρᾳ θλίψως. ſic & Interpres habuit, neque in Hebræo eſt aliquid amplius. ſanctus Auguſtinus legit; *In die tribulationis tuæ.* Sic & in Complutenſi legitur.

Item illud verſ. 18. καὶ μετὰ μοιχῶ: in Vaticano legitur, καὶ μ μοιχῶν. quam lectionem ſecutus Interpres vertit, *Et cum adulteris:* in Complutenſi habetur, καὶ μ μοιχῶ. ſed verior illa eſt, καὶ μ μοιχῶν: nam & in Hebræo legitur in numero multitudinis. Sanctus Auguſtinus legit, *& cum adulteris.* Euthymius Monachus ſecutus eſt alteram illam lectionem μ μοιχοῦ.

In eodem Pſalmo verſ. 21. in vulgatis legitur, ὥλογήσω κ στόσωπόν σου τὰς ἁμαρτίας σοῦ. in Vaticano habetur, ὥλογήσω κ στόσωπόν σου. quam lectionem habuit Interpres, & beatus Auguſtinus. Verba verò illa τὰς ἁμαρτίας σε puto notata eſſe pro gloſſemate, & poſtea irrepſiſſe in contextum verborum: cùm vera lectio ſit ὥλογήσω κ στόσωπόν σε. Et tamen in Complutenſi, in Euthymio, & aliis coronidem hanc impreſſam legimus.

In extremo verſu eiuſdem Pſalmi legitur in vulgatis, δείξω αὐτῷ τὸ σωτήριόν μου: ſed in Vaticano exemplari eſt, δείξω αὐτῷ τὸ σωτήριον τ θεῦ. quod & Interpres vulgatus ſic habuit: itaque vertit, *Oſtendam illi ſalutare Dei.* Ad eundem modum legit ſanctus Auguſtinus. Hanc lectionem puto veriorem eſſe; cùm & in veteriſſimo Vaticano exemplari legatur, & conueniat cum Hebræo. Theodoritus Cyri legit, δείξω αὐτῷ τὸ σωτήριον τῦ θεῦ μέ.

INSCRIPTIO Pſalmi quinquageſimi habet in libris Græcis vulgatis, ἡνίκα εἰσῆλθε πρὸς βηρσαβεὲ τὴν γυναῖκα ἐρίου. Vaticanus codex non habet verba hæc: τὴν γυναῖκα ἐρίου, neque in Hebræo ſunt, neque in enarratione ſancti Doctoris Auguſtini.

Quod vulgati libri habent verſ. 13. καὶ τὸ πνεῦμά σου τὸ ἅγιον, in Vaticano legitur, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιόν σου. quo ordine & in Hebræo ſcriptum inuenimus.

PSAL. LI. verſ. 4. quod vulgata lectio Græca habet, ξυρὸν ἠκονημένον, in Vaticano legitur, ξυρὸν ὀξηκονημένον.

Item quod ſequitur paulò pòſt ἠγάπησας πάντα ῥήματα, in Vaticano eſt, ἠγάπησας πάντα τὰ ῥήματα.

PSAL. LII. verſ. 5. quod in vulgatis legitur, οἱ κατεσθίοντες τὸν λαόν μου ἐν βρώσῃ ἄρτου: Vaticanus liber habet, οἱ κατεσθίοντες τὸν λαόν μου βρώσει ἄρτου.

Item illud, τὸν κύριον οὐκ ἐπεκαλέσαντο: in Vaticano legitur, τὸν θεὸν οὐκ ἐπεκαλέσαντο. quam lectionem puto veriorem, quia conuenit cum Hebræo; quam & Interpres noſter habuit: ac propterea vertit, *Deum non inuocauerunt.* Eandem ſecutus eſt & beatus Auguſtinus in Commentariis.

PSAL. LIIII. titulus, in vulgatis legitur, εἰς τὸ τέλος ἐν ὕμνοις συνέσεως τῷ Ἀσάφ. ſed in Vaticano eſt, εἰς τὸ τέλος ἐν ὕμνοις συνέσεως τῷ Δαβὶδ: quæ lectio conuenit cum Hebræo; quam & ſanctus Auguſtinus ſecutus eſt: ſic enim habet, *In finem in hymnis intellectus ipſi Dauid.* Eodem modo Theodoritus & Euthymius.

Eodem Pſalmo verſ. 9. quod legitur in vulgatis, προσδεχόμην τὸν θεὸν τὸν σώζοντά με: in Vaticano eſt, προσδεχόμην τ σώζοντα. quam lectionem ſecutus Interpres vertit, *Expectabam eum qui ſaluum me facit.* Eandem habet & ſanctus Auguſtinus in Commentariis, niſi quòd pro *facit*, habet *faceret:* Sic enim ait, *Expectabam eum qui ſaluum me faceret.* in Complutenſi legitur vt in vulgatis Græcis libris.

In eodem Pſalmo verſ. 10. impreſſi libri habent, καταπόντισον κύριε καὶ καταδίελε: in Vaticano legitur ſine coniunctione illa καὶ, quæ neque in Hebræo eſt. & videtur verior lectio ſi legatur ἀσωδέπας.

Item verſ. 11. quod legitur, καὶ ἀνομία καὶ κόπος, in Vaticano habetur, ἀνομία καὶ κόπος: quod & Interpres ſic legit, & beatus Auguſtinus, Complutenſis, Theodoritus, & Euthymius habent, καὶ ἀνομία καὶ κόπος: ſed puto melius legi ſine coniunctione priore.

In eodem Pſalmo verſ. 17. vulgata lectio Græca habet, καὶ ὁ κύριος εἰσήκουσέ μου: ſed in Vaticano legitur, καὶ ὁ κύριος ἔσωσέ με. hanc lectionem ſecutus Interpres vertit, *Et Dominus ſaluauit me*; quæ conuenit cum Hebræo; licet beatus Auguſtinus habeat, *Et Dominus exaudiuit me:* nimirum quod in multis exemplaribus legitur, καὶ ὁ κύριος εἰσήκουσέ μου: & ipſe ſecutus eſt Theodoritus, & Euthymius monachus.

Eſt in eodem verſ. 22. iuxta vulgatos libros, ἤγγισαν αἱ καρδίαι αὐτῶν: ſed in Vaticano legitur ἤγγισεν ἡ καρδία αὐτῶν. hanc lectionẽ ſecutus Interpres vertit, *Appropinquauit cor illius.* Eandem habuit & ſanctus Auguſt. quæ cõuenit etiam cũ Hebræo. Cõplutẽſis habet ἤγγισαν αἱ καρδίαι αὐτῶν. Eodẽ modo legit Theodor. & Euthym.

Item quod ſequitur verſ. 22. ἠπαλύνθησαν οἱ λόγοι αὐτῶν: in Vaticano legitur ἠπαλύνθησαν οἱ λόγοι αὐτ. Sic legit &

legit & Interpres: nam habet, *Molliti sunt sermones eius.* Ita & sanctus Augustinus. sed Theodoritus, Euthymius, & Complutensis habent ἀυτῶν. sed puto melius legi ἀυτοῦ, quia conuenit cum Hebræo, cum vulgata editione, & cum sancto Doctore Augustino.

In vers. 24. & vlt. legitur, ἐγὼ δὲ κύριε ἐλπιῶ ὅτι σὲ: sed in Vaticano, ἐγὼ δὲ ἐλπιῶ ὅτι σέ: quæ lectio conuenit cum vulgata Latina, & cum Hebræa. sanctus Augustinus secutus est priorem lectionem.

PSAL. LV. vers. 3. & 4. quod vulgata lectio habet ἀπὸ ὕψους ἡμέρας ἃ φοβηθήσομαι, legendũ esse, ἀπὸ ὑψους ἡμέρας φοβηθήσομαι, affirmat beatus Hieronymus in his quę scripsit ad Suniam & Fretellam, quo loco dicit additam esse negationem illam ἃ. Eius autem verba sunt. Dicitis in Græco vos inuenisse, ὅτι πολλοὶ πολεμοῦντες με, ἀπὸ ὕψους ἡμέρας ἃ φοβηθήσομαι, id est non timebo, quod additum est: & est ordo; Quoniã multi dimicant aduersum me, idcircò ego ab altitudine diei timebo, hoc est, non bellantes aduersum me, sed tuum excelsum timebo lumen. Ex his beati Hieronymi verbis apertè intelligimus, LXX. Interpretes vertisse φοβηθήσομαι sine negatione. quam lectionem retinuit Interpres noster vulgatus, neque in Hebræo legitur hic versus cum negatione, neque apud sanctum Augustinum, nisi quod videtur legisse φοβηθήσονται pro φοβηθήσομαι. Mirum tamen videtur quòd in Theodorito, Euthymio, & Complutensi legatur ἃ φοβηθήσομαι, & vix in vno Hieronymo inueniatur vera lectio, quam & Interpres secutus est. Non deest Græcus codex, qui habet, ὅτι πολλοὶ οἱ πολεμοῦντες με, φοβηθήσονται· ἐγὼ δὲ ὅτι σοι ἐλπιῶ. hanc lectionem secutus est beatus Augustinus, vt ex eius enarratione in hunc Psalmum cognosci potest.

In eodem Psalmo vers. 8. legitur ὑπὲρ τ̃ μηδενὸς ὥσῃς ἀυτὰς: sed emendatiores libri habent, ὑπὲρ τῶ μηδενὸς σώσεις ἀυτὰς. Ita legit Interpres: itaque vertit, *pro nihilo saluos facies illos*. Sic vertit & beatus Hieronymus ex LXX. & sanctus Augustinus in Commentariis, & multis annis antea Arnobius & Hilarius. Theodoritus & Euthymius legunt & interpretantur, ὑπὲρ τῶ μηθενὸς ὥσεις ἀυτές. Complutensis habet σώσεις ἀυτὰς: puto detracto σ ex σώσεις factum esse ὥσεις propter collisionem alterius σ præcedentis dictionis μηδενὸς.

Vers. 14. & vlt. iuxta vulgatos libros legitur, ἀυαρεστήσω ἐνώπιον κυρίου: sed Vaticanus habet, ἀυαρεστῆσαι, quod Interpres vertit, *vt placeam*. Ita enim commodè verti solent, ἀπαρέμφατα. si legisset ἀυαρεστήσω, reddidisset *placebo*. Theodoritus, Euthymius, & Complutensis habent, ἀυαρεστήσω.

PSAL. LVI. vers. 8. legitur, ἄσομαι καὶ ψαλῶ ἐν τῆ δόξῃ μου: in Vaticano habentur hæc verba, ἄσομαι καὶ ψαλῶ. Ita legit Interpres: nam vertit, *Cantabo, & psalmum dicam*. Et beatus Augustinus legit in sua enarratione *Cantabo, & psallam*. verba illa ἐν τῆ δόξῃ μου, putamus addita esse huic loco ex Psalmo CVII.

PSAL. LVII. vers. 9. vulgati libri Græci habent, ἔπεσε πῦρ ἐπ' ἀυτὰς: in Vaticano tantùm legitur, ἔπεσε πῦρ. illud autem ἐπ' ἀυτὰς additum esse opinor: cum neque vulgata editio habeat, neque Vaticanum miræ vetustatis exemplar, neque sanctus Augustinus.

PSALM. LVIII. vers. 7. iuxta vulgatos libros legitur, ἰδοὺ ἀυτοὶ ἀποφθέγξονται: Vaticanus verò habet, ἰδοὺ ἀποφθέγξονται. ita & Interpres noster legit: quam ob rem vertit, *Ecce loquentur*.

In eodem Psalmo vers. 12. impressi libri habent, μήποτε ὀπιλάθωνται τοῦ νόμου σου: sed in Vaticano legitur, μήποτε ὀπιλάθωνται τ̃ λαῶ μου. Ita & Interpres legit: quare & vertit, *Ne fortè obliuiscantur populi mei*. sanctus Augustinus legit, *Nequando obliuiscantur legis tuæ*: nimirum secutus est lectionem illam, μήποτε ὀπιλάθωνται τ̃ νόμῳ σου, quemadmodum Theodoritus, & Euthymius. Veriorem autem lectionem esse, μήποτε ὀπιλάθωνται τ̃ λαοῦ μου, affirmat sanctus Hieronymus in his quæ scripsit ad ad Suniam & Fretellam: quo loco asserit à LXX. Interpretibus, & à se ita versum esse. Corruptè igitur legitur, τ̃ νόμῳ σου, pro τ̃ λαῶ μου.

PSALMI LX. titulus iuxta vulgatos libros legitur, εἰς τὸ τέλος ἐν ὕμνοις τῶ Δαβὶδ ψαλμὸς: sed in Vaticano habetur, εἰς τὸ τέλος ἐν ὕμνοις τῶ Δαβὶδ. hunc titulum sic habet B. Augustinus; nam sic legit, *In finem in hymnis ipsi Dauid*. neque in Hebræo est quicquam amplius.

PSAL. LXI. vers. 2. vulgati libri habent, παρ' ἀυτῶ γὰρ τὸ σωτήριόν μου: sed in Vaticano legitur, παρ' ἀυτοῦ γὰρ τὸ σωτήριόν μου. hanc lectionem habuit Interpres: itaq. vertit, *ab ipso enim salutare meum*: ad eundem modum legit Augustinus. Complutensis habet παρ' ἀυτῶ. lectio illa παρ' ἀυτοῦ conuenit cum Hebræo.

In eodem Psalmo vers. 9. habent vulgati codices, ἐλπίσατε ἐπ' ἀυτὸν πᾶσα συναγωγὴ λαῶν: sed in Vaticano legitur, ἐλπίσατε ἐπ' ἀυτὸν πᾶσα συναγωγὴ λαοῦ: quã lectionem secutus Interpres vertit, *Sperate in eo omnis congregatio populi*. Eandem habuit & sanctus Augustinus. sic enim legit, *Sperate in eo omne concilium plebis*. In Hebræo non legitur in numero multitudinis, sed in singulari. Itaq. bene habet nostra Latina editio vulgata, *populi*, & non *populorum*.

Item vers. 9. quod sequitur, ἐκχέατε ἐνώπιον ἀυτοῦ ταὶς καρδίαις ὑμῶν, ὅτι ὁ θεὸς βοηθὸς ὑμῶν: Vaticanus habet hæc omnia præter coniunctionem illam ὅτι, quam neque Interpres noster habuit: sic enim vertit, *Effundite coram illo corda vestra, Deus adiutor noster*. Ita legit & sanctus Doctor Augustinus. libri Græci vulgati habent illud ὅτι.

Item in eodem vers. 11. καὶ ὅτι ἁρπαγμα μὴ ὀπιποθεῖτε: at in Vaticano, καὶ ὅτι ἁρπάγματα μὴ ὀπιποθεῖτε. Ita legit Interpres: quam ob rem vertit, *Rapinas nolite concupiscere*: Sanctus Augustinus secutus est priorem lectionem.

PSAL. LXII. titulus in libris Græcis partim legitur, ἐν τῆ ἐρήμῳ τ̃ ἰδουμαίας, partim, ἐν τῆ ἐρήμῳ τ̃ ἰδουμαίας: priorem lectionẽ habet Complutensis, & beatus Hieronymus; posteriorem sanctus Augustinus. Euthymius testatur vtramque lectionem in exemplaribus Græcis inueniri: sed in Hebræo legitur, *in deserto Iudææ*.

In eodem Psalmo vers. 2. vulgata lectio est, ἐδίψησέ σε ἡ ψυχή μου: sed Vaticanus habet, ἐδίψησέ σοι ἡ ψυχή μου: quam lectionem veriorem esse, testis est sanctus Doctor Hieronymus, in his quæ scripsit ad Suniam & Fretellam: Hanc & beatus Augustinus secutus legit, *Sitiuit tibi anima mea*.

Est in eodem, vers. 6. καὶ χείλη ἀγαλλιάσεως αἰνέσει τὸ στόμα μου: sed in Vaticano est, καὶ χείλει ἀγαλλιάσεως αἰνέσει τὸ στόμα μου: & certè cõgruentius videtur legi sic, vt χείλει sit casus tertius, non quartus. hanc lectionem secutus Interpres videtur, nisi quod pro *labio exultationis*, vertit, *labiis exultationis*.

Item illud vers. 9. ἐμοῦ δὲ ἀντελάβετο: in Vaticano legitur sine coniunctione illa δὲ, quam neq. Interpres habuit, neque sanctus Augustinus. Euthymius, & alij Græci legunt versum hunc cum coniunctione illa quam diximus.

PSAL. LXIIII. titulus in libris plerisque Græcis est, εἰς τὸ τέλος ψαλμὸς ᾠδῆς τῶ Δαβὶδ, ᾠδὴ Ιερεμίου καὶ Ιεζεκιήλ τ̃ λαοῦ τῆς παροικίας ὅτε ἔμελλον ἐκπορεύεσθαι: in Vaticano non legitur nisi hoc tantùm, εἰς τὸ τέλος ψαλμὸς ᾠδῆς τῶ Δαβὶδ, neque quicquam amplius habet Hebraica lectio. Sanctus Augustinus legit vt Euthymius, & alij plerique Græci habent.

In eodem Psalmo vers. 8. post verba illa ἤχους κυμάτων ἀυτῆς: vulgati libri habent, τίς ὑποστήσεται; sed Vaticanus non habet. quæ lectio verior est, cùm beatus Hieronymus affirmet additum esse illud τίς ὑποστήσεται; hoc est, *quis sustinebit?* itaque superfluum hoc esse dicit. beatus Augustinus legit, *quis sufferet*. Ex quo ap-

paret ſecutum fuiſſe lectionem illam τίς ὑποστήσεται.

Poſt aliquot verſus verſ. 10.& 11. ibidē legitur iuxta vulgatos libros, ἕτως ἡ ἑτοιμασία σου τὰς, &c. ſed in Vaticano eſt, ἕτως ἡ ἑτοιμασία σου τὰς &c. hanc lectionem ſecutus beatus Auguſtinus, ait, *Ita eſt præparatio tua*. Lege quæ ſcripſit ſanctus Hieronymus ad Suniam & Fretellam.

PSAL. LXV. verſ. 2. vulgata lectio eſt, ἀλαλάξατε τῷ θεῷ: in Vaticano legitur, ἀλαλάξατε τῷ κυρίῳ. Ita & Interpres habuit. quare vertit, *Iubilate Deo*. Ita legit & ſanctus Auguſtinus; & conuenit lectio hæc cum Hebræo. Theodoritus, Euthymius, & Complutenſis habent, τῷ κυρίῳ: ſed melius legitur τῷ θεῷ, quemadmodum in Vaticano exemplari vetuſtiſſimo habetur; & in vulgata editione noſtra Latina. Ita etiam legit S. Hilarius, licet teſtetur in Græcis eſſe ἀλαλάξατε τῷ κυρίῳ.

Paulò pòſt verſ. 4. Græci libri habent, ψαλάτωσαν δὴ τῷ ὀνόματί σου ὕψιστε: ſed in Vaticano legitur hoc tantùm, ψαλάτωσαν δὴ τῷ ὀνόματί σου. Ita legit & Interpres noſter, & ſanctus Auguſtinus, atque ante illum Hilarius. vocem illam ὕψιστε puto additam; licet inueniatur in Theodorito, Euthymio, & Complutenſi.

In eodem Pſalmo, verſ. 15. in pleriſque Græcis, tam ſcriptis quàm impreſſis, legitur μὴ θυμάματος καὶ κριῶν. at beatus Hieronymus in his quæ ſcripſit ad Suniam & Fretellam, aſſerit ſcriptum inueniri, μὴ θυμάματος καὶ κριῶν, ſed malè. veram enim lectionem eſſe, μὴ θυμάματος τῶν κριῶν. Et tamen Theodor. Euthym. Complutenſis, & omnes Græci, quos ego legerim, habent μὴ θυμάματος καὶ κριῶν. Et ex noſtris Latinis Hilarius, & Auguſtinus. Editio noſtra vulgata Latina veram illam habet lectionem, quam probat ſanctus Hieronymus, quæ & conuenit cum Hebræo.

In eodem verſu tam ſcripti quàm impreſſi Græci habent, ἀνοίσω σοὶ βόας: in noſtro emendatiore legitur ποιήσω σοὶ βόας. Lectio hæc conuenit cum Hebræo. ſed priorem illam ſecutus Interpres vertit, *Offeram tibi boues:* quam in omnibus non exemplaribus ſolùm, ſed etiam Interpretibus inuenire licet. Verbum autem illud ποιήσω, non mirum ſi à Græcis verſum eſt ἀνοίσω. Nam ſolet poni verbum ποιεῖν pro ſacrificare & offerre, etiam in diuinis literis, quemadmodum & Facere apud Latinos ſcriptores.

In ſequenti verſu legitur, καὶ διηγήσομαι ὑμῖν πάντες οἱ φοβούμενοι: Vaticanus non habet vocem illam ὑμῖν. Conuenit cum Hebræo, & cum editione noſtra vulgata, licet ſanctus Hilarius habeat; ſed beati Auguſtini enarratio non habet.

Item illud, verſ. 18. μὴ εἰσακουσάτω μου κύριος, totidem verbis legitur in Vaticano, excepta voce illa μου, quam neque Interpres habuit in ſuo exemplari: neque ſanctus Auguſtinus. Conuenit etiam cū Hebræo.

Mox ſequitur διὰ τοῦτο εἰσήκουσέ μου ὁ θεὸς, Interpres noſter legit, διὰ τοῦτο εἰσήκουσεν ὁ θεός. itaque vertit, *Propterea exaudiuit Deus*. Vocem autem illam μου ſuperfluam eſſe in Græcis, quemadmodum & me in aliquibus Latinis codicibus docuit ſanctus Hieronymus, in his quæ ſæpè citauimus. Conuenit etiam lectio noſtra cum Hebræo.

PSAL. LXVI. verſ. 2. quod vulgata lectio Græca habet, ὁ θεὸς οἰκτειρήσαι ἡμᾶς, καὶ εὐλογήσαι ἡμᾶς, ἐπιφάναι τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἐφ' ἡμᾶς, καὶ ἐλεήσαι ἡμᾶς: in Vaticano legitur ſine illa repetitione in fine, καὶ ἐλεήσαι ἡμᾶς: quæ neque ſunt in Hebræo. Sed omnia Græca exemplaria quæ ego viderim, cumque his Theodoritus, & Euthymius habent verba illa in fine, καὶ ἐλεήσαι ἡμᾶς: ſolum exemplar quod ſæpè citauimus non habet. In editione noſtra vulgata legitur repetitio illa, quemadmodum & apud ſanctum Hilarium. Solus beatus Auguſtinus non legit verba illa: ſic enim enarrat hunc locum, vt facilè appareat legiſſe, vt eſt in Vaticano. Connectit enim quod ſequitur: *Vt cognoſcamus in terra viam tuam*, cum verbis illis; *illuminet vultum ſuum ſuper nos*. Hæc notauimus, non quòd exiſtimemus vulgatam lectionem Græcam, aut Latinam imminuendam; neque repetitionem illam remouendam: ſed vt oſtendamus, non mirum videri, ſi Auguſtinus in Commentariis ſuis non habeat; cùm varij ſint Græci libri, & Doctores, prout alij in alios libros inciderunt, plerunque legere, atque interpretari.

PSAL. LXVII. verſ. 3. impreſſi Græci & plerique ſcripti habent οὕτως ἀπολοῦνται οἱ ἁμαρτωλοὶ: Vaticanus verò, ἕτως ἀπόλοιντο: ita legit Interpres. quare & vertit, *ſic pereant*. Eodē modo legunt viri docti, & ſancti Hilarius & Auguſt. Theod. & Euthymius habēt ἀπολοῦνται.

Item verſus ille ταραχθήτωσαν ἀπὸ προσώπου: in Vaticano eſt, ταραχήσονται ἀπὸ προσώπου. ita legit Interpres: nam vertit, *turbabuntur à facie*. Et ita legit ſanctus Hilarius, & beatus Auguſtinus.

In eodem Pſalmo verſ. 13. impreſſi libri, & plerique ſcripti habent. ὁ βασιλεὺς τῶν δυνάμεων τοῦ ἀγαπητοῦ τῇ ὡραιότητι: ſed in Vaticano legimus, ὁ βασιλεὺς τῶν δυνάμεων τοῦ ἀγαπητοῦ τοῦ ἀγαπητοῦ, καὶ τῇ ὡραιότητι. quam lectionem habuit Interpres. itaque vertit, *Rex virtutum dilecti dilecti*. Sic legit & interpretatur beatus Auguſtinus. Repetitio, inquit, pertinet ad commendationem: quanquā iſtam repetitionē non omnes codices habent.

Eſt & in eodem, verſ. 20. κύριος ὁ θεὸς εὐλογητὸς, εὐλογητὸς κύριος ἡμέραν καθ' ἡμέραν: ſed in Vaticano hoc tantùm legitur, εὐλογητὸς κύριος ἡμέραν καθ' ἡμέραν. hanc lectionem ſecutus Interpres vertit, *Benedictus Dominus die, quotidie*. Eandem & beatus Hieronymus probat vt meliorem in his quæ ſæpè citauimus. Sanctus Auguſtinus teſtatur in nonnullis codicibus haberi, *Benedictus Dominus Deus de die in diem:* ſed in Græcis ſic haberi, vt ſuprà diximus. Lege Auguſtinum. Hilarius habet, *Dominus Deus benedictus de die in diem*.

Eiuſdem Pſalmi verſ. 25. qui legitur in Græcis codicibus vulgatis, ἐθεωρήθησαν αἱ πορεῖαι σου: ſcriptoris vitio deprauatus eſt, vt docet ſanctus Hieronymus ad Suniam. Sic enim in Septuaginta, & in Hexaplis ſe ſcriptum inueniſſe affirmat: ἐθεώρησαν τὰς πορείας σου. quam lectionem ſecutus Interpres vertit: *viderunt ingreſſus tuos*. Ita etiam ab Aquila, Symmacho, & Theodotione verſum eſſe dicit, eodemque modo legi in quinta & ſexta editione, idque cōuenire cum Hebræo. Græci libri tam impreſſi quàm ſcripti habent, ἐθεωρήθησαν αἱ πορεῖαι σου ὁ θεός. quam lectionem Theodoritus, & Euthymius habuerunt. eandem ſecutus & beatus Auguſtinus, legit, *viſi ſunt greſſus tui Deus*. Ita & Caſſiodorus monachus, & ante omnes iſtos S. Hilarius.

PSAL. LXVIII. titulus in vulgatis libris eſt, εἰς τὸ τέλος ὑπὲρ τῶν ἀλλοιωθησομένων ψαλμὸς τῷ Δαβίδ: In Vaticano verò totidem verbis legitur, excepta voce illa ψαλμὸς. Ita legerunt Auguſtinus & Caſſiodorus. Hilarius verò habet vt eſt in vulgatis Græcis.

In eodem Pſalmo verſ. 18. iuxta vulgatam lectionem, μὴ ἀποστρέψῃς τὸ πρόσωπόν σου: in Vaticano legitur, καὶ μὴ ἀποστρέψῃς τὸ πρόσωπόν σου. Ita legit Interpres & Caſſiod. quemadmodū etiam & in Hebræo inuenitur.

Item illud verſ. 31. αἰνέσω τὸ ὄνομα τοῦ θεοῦ μου μετ' ᾠδῆς: in Vaticano eſt, αἰνέσω τὸ ὄνομα τοῦ θεοῦ μετ' ᾠδῆς. Ita legit Interpres. Sic enim habet, *Laudabo nomen Dei cum cantico*. hanc lectionem probat ſanctus Hieronymus ad Suniam his verbis: In ſexageſimo octauo *Laudabo nomē Dei cum cantico*, pro quo dicitis vos reperiſſe in Græco, αἰνέσω τὸ ὄνομα τοῦ θεοῦ μου μετ' ᾠδῆς, id eſt, *Laudabo nomen Dei mei cum cantico*; ſed *mei* ſuperfluum eſt. Ita habet Hilarius, Auguſtinus & Caſſiodorus.

Item illud verſ. 35. καὶ ἡ γῆ, θάλασσα, καὶ πάντα τὰ ἕρποντα ἐν αὐτῇ: Vaticanus codex habet pro ἐν αὐτῇ, ἐν αὐτοῖς. quam lectionem ſecutus Interpres vertit, *omnia reptilia in eis:* in Hebræo etiam legitur וְכֹל רוֹמֵשׂ בָּם Sanctus Auguſtinus eodem modo legit. ſic enim habet, *omnia repentia in eis*. Caſſiodorus, *omnia reptilia in eis*. ſanctus Hilarius ſecutus lectionem illam, τὰ ἕρποντα ἐν αὐτῇ habet, *omnia repentia in eo*.

Paulò

Paulò pòst vers. 37. vulgata lectio habet, καὶ τὸ σπέρμα τῆς δέλων σου κληρονομήσουσιν αὐτήν: sed in Vaticano exemplari habetur, καὶ τὸ σπέρμα τῶν δέλων αὐτῆς κληρονομήσουσιν αὐτήν; quam lectionem habuit Interpres. itaq. vertit, *Et semen seruorum eius possidebit eam*. Sic & sanctus Hilarius. Ita & beatus Augustinus: *& semen*, inquit, *seruorum eius obtinebunt eam*. Theodoritus, & Euthymius habent τῆς δέλων σου, sed melius, τῆς δέλων αὐτῆς. Nam & in Hebræo est, וְזֶרַע עֲבָדָיו

Item quod subiungitur vers. eod. καὶ οἱ ἀγαπῶντες τὸ ὄνομά σου: Vaticanus liber habet, καὶ οἱ ἀγαπῶντες τὸ ὄνομα αὐτῆς. quam lectionem secutus Interpres vertit, *& qui diligunt nomen eius*. Sic legit sanctus Augustinus, & ante illum Hilarius, cum quibus conuenit Cassiodorus monachus. Græci libri tàm impressi quàm scripti plerique habent τὸ ὄνομά σου. sed melius in Vaticano, τὸ ὄνομα αὐτῆς; nam & in Hebræo legitur וְאֹהֲבֵי שְׁמוֹ

Psal. lxix. vers. 5. quod legitur in vulgatis libris πάντες οἱ ζητοῦντες σὲ ὁ θεός: in Vaticano est, πάντες οἱ ζητοῦντες σέ. quã lectionẽ habuit Interpres, & B. Augustin. Nec dubito illud, ὁ θεὸς additũ esse: cùm neque in vetustis exẽplaribus, neq. in editione nostra vulgata, neq. in Hebræo sit, neq. in Comment. sancti Augustini.

Psal. lxx. titulus iuxta vulgatos libros est, τῷ Δαὶδ ψαλμὸς τῶν υἱῶν ἰωναδὰβ καὶ τῶν πρώτως αἰχμαλωτισθέντων ἀνεπίγραφος παρ' ἑβραίοις: in Vaticano totidem verbis legitur, excepta voce illa, ψαλμὸς, & illis ἀνεπίγραφος παρ' ἑβραίοις. hanc lectionem sequitur sanctus Augustinus: sic enim habet: *Ipsi Dauid filiorum Ionadab & eorum qui primi captiui ducti sunt*. Cassiodorus legit, *Dauid Psalmus filiorum Ionadab, & priorũ captiuorum*. Theodoritus, Euthym. Complut. & alii plerique habent inscriptionẽ quam priorẽ posuimus. In Hebræo legitur ἀνεπίγραφος.

In eodem Psalmo vers. 12. legitur, ὁ θεός μὲ μὴ μακρυνῆς ἀπ' ἐμοῦ: sed in Vaticano ὁ θεὸς μὴ μακρυνῆς ἀπ' ἐμοῦ. hanc lectionem vt meliorem probat S. Hieronymus scribens ad Suniam; sic enim habet: Quod dicitis in septuagesimo Psalmo positum esse, ὁ θεός μὲ μὴ μακρυνῆς ἀπ' ἐμοῦ, id est, *Deus meus ne elongeris à me: meus*, superfluum est. Vides vt sanctus Doctor affirmat vocẽ illam μὲ superfluam esse. Et tamẽ habet B. Augustinus, Theodorit. Euthymius, & Complutensis præter vnum Vaticanum codicem, in quo est vera lectio, quã & Interpres secutus est, & Cassiodor. monachus. Conuenit etiam cum Hebræo. Sic enim habet אֱלֹהִים אַל תִּרְחַק

In eodem Psalmo, ver. 14. vulgati libri habent, ἐγὼ δὲ διὰ παντὸς ἐλπιῶ ἔτι σὲ: in Vaticano non est illud, ἔτι σὲ, neq. Interpres habuit, neq. in Hebræo legitur. In sancto Augustino est & in Cassiodoro, & aliis plerisque.

Paulò pòst vers. 17. sequitur in libris impressis, & plerisque manuscriptis, ὁ θεός μὲ ἀπ' ἐδίδαξάς μὲ: sed Vaticanus habet, ὁ θεὸς ἐδίδαξάς μὲ. Sic habuit Interpres. Itaque vertit, *Deus, docuisti me*: Ita legit beatus Augustinus, ita & Cassiodorus: Theodoritus, & Euthymius legunt, ὁ θεός μου ἀ ἐδίδαξας: sed melius legi, ὁ θεὸς ἐδίδαξάς με, vt in Vaticano est, non solùm vulgata lectio, sed etiam beatus Hieronymus scribens ad Suniam & Fretellam, ostendit; idque conuenit cum Hebræo quod sic habet אֱלֹהִים לִמַּדְתַּנִי

Sequitur vers. 18. in libris impressis & plerisque scriptis, ὁ θεός μὲ μὴ ἐγκαταλίπῃς με: sed melius in Vaticano, ὁ θεὸς μὴ ἐγκαταλίπῃς με; quemadmodum & vulgata lectio nostra habet: *Deus ne derelinquas me*. Sic legit beatus Augustinus, & Cassiodorus. Itaque putamus additam esse vocem illam μὲ: nam neque in Hebræo est: sic enim habet, אֱלֹהִים אַל תַּעַזְבֵנִי

Item vers. 19. pro eo quod legitur paulò pòst ἃ ἐποίησάς μοι μεγαλεῖα: in Vaticano inueni scriptum, ἃ ἐποίησας μεγαλεῖα. quam lectionem vertit Interpres, *quæ feciſti magnalia*. Eandem sequitur beatus Augustinus & Cassiodorus monachus. Itaque videtur vox illa μοι addita, quippe quòd neque in Hebræo legitur. Sic enim habet, אֲשֶׁר עָשִׂיתָ גְּדֹלוֹת

Legitur in eodem, vers. 20. καὶ ἐκ τῶν ἀβύσσων τῆς γῆς ἀνήγαγές με: sed in Vaticano est, καὶ ἐκ τῶν ἀβύσσων τῆς γῆς πάλιν ἀνήγαγές με. Ita legens Interpres vertit, *& de abyssis terræ iterum reduxisti me*. Sic habet & S. Augustinus, & Cassiod. Itẽ quod sequitur vers. 21. ἐπλεόνασας ἐπ' ἐμὲ τὸ μεγαλωσύνη σου: in Vaticano legitur sine illis vocibus ἐπ' ἐμὲ. sic habuit Latinus Interpres: nam vertit, *Multiplicasti magnificentiam tuam*. neque sanctus Augustinus legit illud ἐπ' ἐμὲ, neq. Cassiodorus. Græci tam scripti, quàm impressi habent, ἐπλεόνασας ἐπ' ἐμὲ. Statim subiungitur in vulgatis libris, καὶ ἐπιστρέψας παρεκάλεσάς με, καὶ ἐκ τῶν ἀβύσσων τῆς γῆς πάλιν ἀνήγαγές με: in Vaticano est hoc tantùm, καὶ ἐπιστρέψας παρεκάλεσάς με. Tantundem habuit Interpres: nam vertit, *Et conuersus consolatus es me*. Sic legit Cassiodorus. Verba illa quæ in Græcis plerisque sequuntur, καὶ ἐκ τῶν ἀβύσσων τῆς γῆς πάλιν ἀνήγαγές με: videntur repetita è loco superiore: quæ neque in Hebræo, neque in Vaticano exemplari leguntur. At beatus Augustinus legit, & interpretatur, quemadmodum & Euthymius monachus.

Sequitur vers. 22. in vulgatis Græcis, καὶ γὰρ ἐγὼ ἐξομολογήσομαί σοι ἐν λαοῖς κύριε: in Vaticano exemplari nõ leguntur verba illa, ἐν λαοῖς κύριε, neque Interpres noster legit. Sic enim vertit, *Nam & ego confitebor tibi in vasis, &c.* Ita & beatus Augustinus, nisi quod pro *Nam & ego*, habet, *Etenim ego confitebor tibi*. Voces illas ἐν λαοῖς κύριε habent Theodoritus, & Euthymius. Sed neq. in editione vulgata Latina leguntur, neque in exemplari Vaticano, vt diximus, neque in Hebræo.

Psal. lxxi. titulus iuxta vulgatos codices est, εἰς Σολομὼν ψαλμὸς τῷ Δαβὶδ: sed in Vaticano legitur hoc tantùm, εἰς Σολομών: atque ita sanctus Doctor Augustinus legit. Ait enim, *In Salomonẽ* quidem Psalmi huius titulus prænotatur. Conuenit inscriptio hæc cum Hebræo, in quo sic legitur לִשְׁלֹמֹה

In eodem Psalm. ver. 3. vulgata lectio habet, ἀναλαβέτω τὰ ὄρη εἰρήνην τῷ λαῷ καὶ οἱ βουνοὶ δικαιοσύνην: in Vaticano totidem verbis legitur, nisi quòd pro δικαιοσύνην est ἐν δικαιοσύνῃ, quæ lectio conuenit cum Hebræo. sic enim in illo est: יִשְׂאוּ הָרִים שָׁלוֹם לָעָם וּגְבָעוֹת בִּצְדָקָה

Item illud vers. 8. quod in vulgatis libris legitur, ἀπὸ ποταμῶν ἕως περάτων: in Vaticano est, ἀπὸ ποταμοῦ ἕως περάτων. Sic habuit Interpres, atque ideò vertit, *à flumine vsque ad terminos*. Sic legit B. Augustinus, & Theodor. Conuenit etiam cum Hebræo, in quo legitur in numero singulari, vt habet vulgata nostra editio.

Prope finem Psalmi vers. 18. legitur in libris tam impressis quàm manuscriptis, εὐλογητὸς κύριος ὁ θεὸς τοῦ Ἰσραὴλ. sed in libro beati Hieronymi ad Suniã, docemur locũ hunc sic legi debere, εὐλογητὸς κύριος ὁ θεὸς, ὁ θεὸς τοῦ Ἰσραὴλ: sic enim scribit Doctor ille: Dicitis in Græco bis *Deus* non haberi, cùm & in Hebraico sit, & apud lxx. & manifestissimè triplex Domini Dei, Deique nuncupatio mysterium sit Trinitatis.

Sequitur vers. 19. & vlt. καὶ εὐλογημένον τὸ ὄνομα τῆς δόξης αὐτοῦ εἰς τὸν αἰῶνα καὶ εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος. Vaticanus liber non habet hæc, καὶ εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος. Apertè autem intelligimus hæc addita esse à beato Hieronymo, qui sic ait, scribens ad Suniam. Illud & *in sæculum sæculi*, superfluè, sciatis à Græcis esse appositum, quod nec Hebræus habet, nec lxx. Interpretes. S. Augustinus in sua enarratione habet, & interpretatur.

Psal. lxxii. ver. 6. quod vulgata lectio habet, διὰ τοῦτο ἐκράτησεν αὐτοὺς ἡ ὑπερηφανία αὐτῶν εἰς τέλος: in Vaticano scriptum inuenimus sine illis vocibus αὐτῶν εἰς τέλος, quæ neq. Interpres habuit: nam vertit, *Propterea tenuit eos superbia*. Item beatus Augustinus, *ideò*, inquit, *obtinuit eos superbia*. hãc lectionem puto veriorem esse: cùm in editione vulgata, & in exemplari Vaticano inueniatur, atque in Commentariis sancti Augustini & in Hebræo: sic enim in illo est לָכֵן יַעְנְקֵמוֹ גַּאֲוָה

Item vers. 7. quod sequitur, ἐξελεύσεται ὡς ἐκ σίτου ἡ ἀδικία αὐτῶν, sanctus Hieronymus scribens ad Suniam,

affirmat legendum, ἐξελθύσατο ὡς ἐκ σέατος ἡ ἀδικία αὐτῶν. Hieronymi verba sunt: De septuagesimo secũdo, *prodyit quasi ex adipe*; & vos dicitis in Græco reperisse ἐξελθύσε), id est, *prodiet*, quod falsum est. Nam & apud LXX. Interpretes ita scriptum est, ἐξελθύσατο ὡς ἐκ σέατος ἡ ἀδικία αὐτῶν. sanctus August. ita legit, vt editio nostra vulgata: sed Græci tam impressi quàm scripti habent, quod sanctus Hieron. affirmat mendosè legi.

Est in eod. Psalmo iuxta vulgatos libros vers. 17. καὶ συνῶ εἰς τὰ ἔκατα αὐτῶν: at sanctus Hieron. docet, scribẽs ad Suniam, coniunctionẽ illam καὶ superfluum esse.

Item illud vers. 18. quod vulgata lectio habet, διὰ τὰς δολιότητας αὐτῶν ἔθου αὐτοῖς κακά: in Vaticano exemplari legitur, διὰ τὰς δολιότητας ἔθου αὐτοῖς: quam lectionem secutus Interpres vertit, *propter dolos posuisti eis*. Eodẽ modo habuit locum hũc S. Augustinus: sic enim habet, *propter dolositatem posuisti eis*. Cassiodorus legit, *propter dolos posuisti, eis mala*. In Hebræo legitur post verbũ *posuisti* in casu dandi, sicut & in editione vulgata. itaq. videtur addita vox illa κακὰ, לָמוֹ בַּחֲלָקוֹת תָּשִׁית

Vers. 24. impressi libri & scripti habent, καὶ ἐν τῇ βελῇ σου: in Vaticano legitur, ἐν τῇ βελῇ σου, absque coniunctione illa, quemadmodum & sanctus Augustinus legit, & Cassiodorus. Idem locus & in Hebræo est sine coniunctione.

PSAL. LXXIII. vers. 5. Græci libri scripti, & impressi habent, ὡς εἰς τλὼ ἔξοδον ὑπερφάνω: in Vaticano est ὡς εἰς τλὼ εἴσοδον ὑπερφάνω. Interpres, & sanctus Augustinus legerunt, εἰς τλὼ ἔξοδον. Itaque alter habet, *in exitu*, alter *in egressu*. Cassiodorus videtur legisse, εἰς τλὼ εἴσοδον. Sic enim habet, *sicut in via*. Theodoritus & Euthymius legunt, εἰς τλὼ ἔξοδον.

Vers. 8. vulgata lectio habet, δεῦτε καὶ καταπαύσωμεν. LXX. Interpretum editionem habuisse, δεῦτε καὶ καυσώμεν, testis est sanctus Doctor Hieronymus in iis quæ scripsit ad Suniam & Fretellam, his verbis: Sexta, inquit, editio habet, καταυσώμεν, id est, *comburamus*: quod & LXX. iuxta Hexaplorum veritatem transtulisse perspicuum est. Idem tamen Hieronymus fatetur se legisse etiam hoc modo in Græcis libris δεῦτε καὶ καταπαύσωμεν: qui & transtulisse se dicit, *quiescere faciamus*: quam lectionem habet etiam Interpres Latinus. Eandem habuerunt Augustinus, & Cassiodorus, nisi quòd pro *quiescere faciamus omnes dies festos*, legunt, *comprimamus omnes solemnitates*.

Vers. 9. legitur in plerisque Græcis, τὰ σημεῖα αὐτῶν οὐκ εἴδομεν. quam lectionem sequitur & Euthymius; sed codices emendatiores habent, τὰ σημεῖα ἡμῶν. Quod ita legens Interpres vertit, *signa nostra*. Sic sanctus Augustinus, & Cassiodorus. quod & cum Hebræo conuenit. Sic enim in illo est אוֹתֹתֵינוּ לֹא רָאִינוּ

Post aliquot versus vers. 17. vulgata lectio habet, σὺ ἐποίησας πάντα τὰ ὡραῖα τῆς γῆς: in exemplari Vaticano est, σὺ ἐποίησας πάντα τὰ ὅρια τῆς γῆς. quod nimirum & Interpres sic legit: nam vertit, *Tu fecisti omnes terminos terræ*. Sic legit sanctus Augustinus: sic & Cassiodorus. Euthymio monacho placet lectio illa, σὺ ἐποίησας πάντα τὰ ὡραῖα. sed melius Theodoritus & legit & interpretatur, σὺ ἐποίησας πάντα τὰ ὅρια. Sic habetur & in Complutensi. Conuenit lectio hæc etiam cum Hebræo, in quo legitur אַתָּה חָצַבְתָּ כָּל גְּבֻלוֹת אָרֶץ

Vers. 23. & vlt. legitur in libris vulgatis, μὴ ὑπιλάθῃ τῆς φωνῆς τῶν οἰκετῶν: sed melius in Vaticano, μὴ ὑπιλάθῃ τῆς φωνῆς τῶν ἐχθρῶν. quam lectionẽ secutus Interpres vertit, *Ne obliuiscaris voces inimicorum*. Græca illa quam priorem posuimus, legitur apud Euthymium monachum, & Theodoritum; licet Euthymius admoneat in nõnullis exemplaribus inueniri scriptũ ἱκετῶν, propter affinitatem vocum οἰκετῶν, & ἱκετῶν. Sanctus Augustinus legit, *Ne obliuiscaris voces deprecantium te*, nimirum secutus eam lectionẽ τῆς ἱκετῆς σε. sed verior est, quam vulgata editio habet; & beatus Hieronymus scribens ad Suniam, confirmat Aquilæ, Symmachi, & LXX. Interpretũ testimonio. Cõuenit etiã cũ Hebræo.

PSAL. LXXIIII. vers. 2. vulgata lectio est, ἐξομολογησόμθά σοι ὁ θεὸς, ἐξομολογησόμθά σοι. Tantundem est in Vaticano, nisi quod in secundo ὁμολογησόμθα non additur σοι, neque in Hebræo legitur.

Vers. 2. sequitur in vulgatis tam impressis quàm scriptis, διηγήσομαι πάντα τὰ θαυμάσιά σου. de qua lectione beatus Hieron. scribens ad Suniã, sic ait: In LXXIIII. *Narrabimus mirabilia tua*: pro quo malè apud Græcos legitur, διηγήσομαι πάντα τὰ θαυμάσιά σου. Hæc Hieronymus. sed beatus Augustinus, Cassiodorus, Theodoritus, & Euthymius sequuntur lectionem hanc: *Narrabo omnia mirabilia tua*. Quamobrem apparet quòd in editione nostra Latina legitur; *Narrabimus mirabilia tua*; id legi iuxta emendationem sancti Hieronymi.

In eodem Psalmo vers. 6. vulgata lectio habet, μὴ μὴ λαλεῖτε: in Vaticano legitur sine coniunctione illa καὶ: etiam ita habet Latina editio.

PSALM. LXXVI. vers. 7. ἠδολέχουν καὶ ἔσκαλλε τὸ πνεῦμά μου. Interpres Latinus legit, ἠδολέχουν καὶ ἔσκαλλον τὸ πνεῦμά μου: itaque vertit, *Meditabar, & scopebam spiritum meum*. hanc autem esse veram lectionem affirmat sanctus Hieronymus scribẽs ad Suniam, his verbis: Pro eo quòd nos diximus *scopebam*, LXX. posuerunt ἔσκαλλον, quod Symmachus transtulit ἀνερεύνων, id est, *perscrutabar*, siue *quærebam*, & quinta similiter. hanc lectionem secutus sanctus Augustinus legit in Commentariis: *Perscrutabar spiritum meum*. Cassiodorus habet, *ventilabam in me spiritum meum*. Complutensis habet, ἔσκαλλε τὸ πνεῦμα μου. Testis est sanctus Hieronymus in Græcis codicibus ita quoque inueniri: sed ipse legit ἔσκαλλον; quare & vertit, *scopebam*. Notanda sunt quæ pro huius verbi explanatione scripsit his verbis ad Suniam: Propriè σκαλισμὸς in agricultura dicitur in sarriendo, id est sarculando, & quomodo ibi quæruntur herbæ sarculoque secentur; sic & iste retractatum cogitationum suarum metaphoricos à sarculo demonstrauit. Et sciendum quòd ἔσκαλλον non semel, sed frequenter significet. Eundem locum citans sanctus Athanasius in epistola ad Serapionem legit, ἤχαλλε, sed puto mendose scriptum pro ἔσκαλλε.

In eodem Psalmo vers. 9. ἢ εἰς τέλος τὸ ἔλεος αὐτοῦ ἀπὸ κόψει, συνετέλεσε ῥῆμα ἀπὸ γενεᾶς εἰς γενεάν. in exemplari Vaticano totidem verbis legitur hic locus, exceptis illis duabus vocibus συνετέλεσε ῥῆμα: quas & beatus Hieronymus scribens ad Suniam, affirmans in exemplaribus nõ inueniri, sic ait, *à generatione in generationem*. Hoc quod Græcum sequentes, inuenisse vos dicitis συνετέλεσε ῥῆμα, id est, *consummauit verbum*, rectè non habetur in Latino, quia & in nullo habetur Interpretum. Vulgata nostra lectio nõ habet, neq. Cassiodorus, neq. S. Augustinus, Theodoritus, Euthymius & Cõplutensis habent: videntur hæ duæ voces συνετέλεσε ῥῆμα additæ ex Hebræo, in quo ita legitur וָאֹמַר אוֹמֵר לְדוֹר נְדוֹר

Prope finem Psalmi vers. 20. vulgata lectio habet, ἐν τῇ θαλάσσῃ αἱ ὁδοί σε: sed in Vaticano exemplari legitur, ἐν τῇ θαλάσσῃ ἡ ὁδός σε. quam lectionem secutus Interpres vertit, *in mari via tua*. Sic legit beatus Augustinus & Cassiodorus.

PSAL. LXXVII. vers. 6. καὶ ἀπαγγελοῦσιν αὐτὰ, beatus Hieronymus admonet vocem illam, αὐτὰ non esse in Hebræo: in illo enim est וְיַסְפְּרוּ לִבְנֵיהֶם

In eodem Psalmo vers. 30. legitur, ἔτι δὲ βρώσεως ἦσης ἐν τῷ στόματι αὐτῶν: in Vaticano est, ἔτι δὲ βρώσεως αὐτῶν ἦσης ἐν τῷ στόματι αὐτῶν. Sic habuit Interpres. Nam vertit: *Adhuc esca eorum erant in ore ipsorum*. Conuenit lectio cũ Hebræo. In illo enim sic legitur עוֹד אָכְלָם בְּפִיהֶם

Sequitur vers. 31. in libris vulgatis, καὶ ἀπέκτεινεν ἐν τοῖς πλείοσιν. sed corruptè legitur, vt affirmat sanctus Hieronymus, scribens ad Suniam: Sic, inquit, habetur in Hebræo וַיַּהֲרֹג בְּמִשְׁמַנֵּיהֶם quod Aquila interpretatus est, ἐν πόροις αὐτῶν. Symmachus τοῖς ὑποφωτέροις, Septuaginta, & Theodotio, & quinta editio ἐν τοῖς πίοσιν αὐτῶν: quod qui-

quod quidam non intelligentes putauerunt ſcriptum, ἐν τοῖς πλήρεσιν: hæc Hieronymus. Corruptè autem legitur apud illum, πλείοσιν pro πίοσιν, ignoratione Græcæ linguæ factũ eſt, vt ex πίοσιν fieret mutatio in πλείοσιν, nimirum ex voce obſcuriore in clariorem, vt in multis aliis factũ videmus. quod autẽ πίων idem valeat quod *pinguior*, docent Græcarum dictionum Interpretes; & præſertim Euſtathius in Commentariis Iliados in literam τ, & aliis locis: qui & vocem hanc πίων vſitatam eſſe affirmat in ſoluta oratione, quemadmodum πῖαρ apud Poetas frequentius inuenitur. Sanctus Auguſtinus ait ſe in Græcis quos habebat inueniſſe ἐν πλείοσιν. ſed interpretatur tamen illam alteram lectionem, *Occidit pingues eorum*. Cõplutenſis, Euthymius, & alij Græci mendosè habent, vt diximus, ἐν πλείοσιν.

Poſt paucos verſus verſ. 34. ὅταν ἀπέκτεινεν αὐτὸς, τότε ἐξεζήτουν. in Vaticano legitur ſine coniunctione illa τότε, neque Interpres habuit.

Item illud, καὶ οὐκ ἐμνήσθησαν, in Vaticano eſt, οὐκ ἐμνήσθησαν. quam lectionẽ habet vulgata editio Latina, & conuenit cum Hebræo, quod his verbis habet לֹא זָכְרוּ

Verſ. 45. ἐξαπέστειλεν εἰς αὐτὸς κυνόμυιαν: ex beato Hieronymo diſcimus legendum eſſe κοινόμυιαν: ſic enim ſcribit ad Suniam; Cœnomyia, non vt Latini interpretati ſunt, *muſca canina* dicitur per y Græcam literam: ſed iuxta Hebraicam intelligentiam per œ diphthongon debet ſcribi, vt ſit κοινομυῖα, omne genus muſcarum: ſed Aquila παμμυῖαν, id eſt omnimodam muſcam interpretatus eſt.

Verſ. 55. καὶ οὐκ ἐφείσατο ἀπὸ θανάτου, in Vaticano legitur ſinè coniunctione καὶ. ſic & in Hebræo. Sic in editione vulgat.

PSAL. LXXVIII. verſ. 2. quod legitur in vulgatis, ἔθεντο Ἱερουσαλὴμ ὡς ὀπωροφυλάκιον. Vaticanus liber habet, ἔθεντο Ἱερουσαλὴμ εἰς ὀπωροφυλάκιον. quemadmodũ & Interpres legit. ſic enim vertit, *Poſuerunt Hieruſalem in pomorum cuſtodiam*. ſic ſe tranſtuliſſe affirmat ſanctus Hieronymus ſcribens ad Suniã. ita beatus Auguſtinus. Caſſiodorus ſecutus eſt lectionem ὡς ὀπωροφυλάκιον.

In eod. Pſalmo ver. 6. vulgati libri habent, ὅτι τὰ ἔθνη ἃ μὴ γνώσονταί σε. ſed Vaticanus, ὅτι ἃ ἔθνη ἃ μὴ ἐπεγνωκότα σε. quam lectionẽ ſecutus Interpres vertit: *In Gentes quæ te non nouerunt*. Ita & ſanctus Auguſtinus. lectio conuenit cum Hebræo, in quo eſt אֲשֶׁר לֹא יְדָעוּךָ

Paulò pòſt verſ. 8. in vulgatis, οἱ οἰκτιρμοί σου κύριε: Vaticanus non habet κύριε, neque Interpres habuit, neque in Hebræo legitur.

Verſ. 13. & vltim. habet iuxta vulgatos codices, ἀνθομολογησόμεθά σοι ὁ θεὸς: in exemplari Vaticano iiſdẽ verbis legitur, excepta voce illa, ὁ θεὸς: quam nec Interpres habuit, nec eſt in Hebræo. In illo enim ſic eſt נוֹדֶה לְךָ

PSAL. LXXIX. verſ. 5. quod legitur in libris tam ſcriptis quàm impreſſis, ὅτι τῷ προσεύχῳ τῶν δούλων σου: exemplar Vaticanum habet, ὅτι τῷ προσεύχῳ τοῦ δούλου σου. Ita & Interpres Latinus legit: nam vertit, *Super orationem ſerui tui*.

In eodem verſ. 12. καὶ ἕως ποταμοῦ: in Vaticano legitur, καὶ ἕως ποταμοῦ. Ita & Interpres vertit, *Et vſque ad flumen*. conuenit cum Hebræo.

Item illud verſ. 15. καὶ ὑπόβλεψον ἐξ οὐρανοῦ: legitur in Vaticano ſine coniunctione illa, καὶ, quæ neque in Hebræo eſt, neque in editione noſtra vulgata Latina.

PSAL. LXXXI. verſ. 4. ἐκ χειρὸς ἁμαρτωλοῦ ῥύσασθε αὐτόν: in Vaticano legitur ſine voce illa αὐτὸν: quam neque Interpres noſter habuit, neque in Hebræo eſt.

Paulò pòſt verſ. 5. σαλευθήτωσαν: in Vaticano habetur σαλευθήσονται. quam lectionem ſecutus Interpres vertit, *mouebuntur*. Ita legit ſanctus Auguſtinus.

PSAL. LXXXII. verſ. 9. καὶ γὸ καὶ Ασὲρ: in Vaticano legitur, καὶ γὸ Ασὲρ, neque in Hebræo eſt altera coniunctio.

PSAL. LXXXIII. verſ. 6. Μακάριος ἀνὴρ ᾧ ἔστιν. in Vaticano legitur, μακάριος ἀνὴρ ἧ ἔστιν. Ita & Interpres legens vertit, *Beatus vir cuius*.

Paulò pòſt verſ. 8. κύριος ὁ θεὸς τῶν δυνάμεων: in Vaticano eſt, κύριε ὁ θεὸς τῶν δυνάμεων. Ita & Interpres habuit: ſic enim vertit, *Domine Deus virtutum*. ita legit & beatus Auguſtinus.

PSAL. LXXXV. verſ. 15. in vulgatis libris eſt, καὶ σὺ κύριε ὁ θεός μου: in Vaticano legitur ſine illa voce μου. quam neque Interpres habuit, neque eſt in Hebræo. Notauit hoc ſanctus Hieronymus ſcribens ad Suniam his verbis. In Græco inueniſſe vos dicitis: καὶ σὺ κύριε ὁ θεός μου, id eſt, *Tu Domine Deus meus*, quod ſuperfluum eſt. *meus* enim nec in Hebræo habetur, nec in LXX.

PSAL. LXXXVI. verſ. 5. vulgati libri habent tam impreſſi, quàm ſcripti, Μήτηρ Σιὼν. ſanctus Hieronymus in explanatione huius loci affirmat ſeptuaginta Interpretes tranſtuliſſe, Μὴπ Σιὼν. cumque multi non intelligerent, addidiſſe ρ: itaque factum eſſe, vt pro μὴπ legerent μήτηρ. idque vulgò legi ſolitum aſſerit ſanctus Doctor. Itaq. non negligit lectionẽ illam, ſed interpretatur: licet & alteram quoque interpretetur, quã neque Theodoritus, neque Euthymius monachus nouerunt. Illi enim & legunt, & interpretãtur Μήτηρ Σιὼν. Et qui multis annis fuit ante Theodoritum, & Euthymium, Apollinaris in paraphraſi quam verſibus ſcripſit in Pſalmos, legit Μήτηρ Σιὼν: ſic enim habet, Μητέρα πμήεσαν ἀνὴρ Σιῶνα καλέσει. hãc lectionem ſecutus eſt ſanctus Ambroſius, vt licet videre in libro primo De fide ad Gratianum Auguſtum, & in Oratione funebri de exceſſu fratris Satyri. eandem ſequitur, & interpretatur ſanctus Auguſtinus, & Caſſiodorus. Cùm igitur tot, & tanti viri ſequantur Græcam illam lectionem Μήτηρ Σιὼν, non cenſeo mutandam eſſe in eam, quæ eſt Μὴπ, ſed vt noſtra Latina vulgata, *Nunquid Sion*, retinenda & ſeruanda eſt: ita & illa Græca in editione Græca: nullũ enim neque librũ neq. Interpretem inueni (de Græcis loquor) qui non ſic habeat Μήτηρ Σιὼν.

PSAL. LXXXVIII. verſ. 19. ὅτι τοῦ κυρίου ἡ ἀντίληψις, Vaticanus codex habet, ὅτι τῷ κυρίου ἡ ἀντίληψις ἡμῶν. quam lectionem ſecutus Interpres vertit, *Quoniam Domini eſt aſſumptio noſtra*. ſanctus Auguſtinus legit, *Quoniam Domini eſt ſuſceptio*. Caſſiodorus habet, *Quoniam Domini eſt aſſumptio*. ſed editio vulgata conuenit cum Hebræo, in quo ſic legitur כִּי לַיהוָה מָגִנֵּנוּ

Verſ. 20. τότε ἐλάλησας ἐν ὁράσει τοῖς υἱοῖς σου, totidem verbis legitur in his, quæ ſcripſit beatus Hieronymus ad Suniã, niſi quòd pro Τοῖς υἱοῖς affirmat legendũ eſſe Τοῖς ἁγίοις σου. Ita enim ait omnes tranſtuliſſe. Eodem modo legit Interpres: *Tunc*, inquit, *locutus es in viſione ſanctis tuis*: conuenit lectio cum Hebræo. ſic enim in illo eſt: אָז דִּבַּרְתָּ בְחָזוֹן לַחֲסִידֶיךָ

Item illud verſ. 33. καὶ ἐν ταῖς μάστιξι τὰς ἀδικίας αὐτῶν, in Vaticano legitur pro τὰς ἀδικίας τὰς ἁμαρτίας. Ita & Interpres: *& in verberibus peccata eorum*. ſanctus Auguſtinus ſecutus eſt lectionem illam, τὰς ἀδικίας αὐτῶν.

PSAL. LXXXIX. verſ. 2. quod libri vulgati tam impreſſi quàm ſcripti habent, ἀπὸ τοῦ αἰῶνος καὶ ἕως τοῦ αἰῶνος σὺ εἶ. Ita legendum eſſe admonet ſanctus Hieronymus ſcribens ad Suniam, ἀπὸ τοῦ αἰῶνος καὶ ἕως τοῦ αἰῶνος σὺ εἶ ὁ θεὸς: quod Hebraicè dicitur מִן־הָעוֹלָם וְעַד־עוֹלָם אַתָּה אֵל

Item illud verſ. 4. quod vulgata lectio habet, ὅτι χίλια ἔτη ἐν ὀφθαλμοῖς σου κύριε: in exemplari Vaticano habetur ſine voce illa κύριε, neque editio noſtra habet, neque ſanctus Auguſtinus, neque in Hebræo legitur.

Item illud verſ. 10. ὅτι ἐπῆλθε πραότης ἐφ' ἡμᾶς, ſanctus Hieronymus admonet legendum ſine vocibus illis ἐφ' ἡμᾶς. ait enim hoc ſuperfluum eſſe.

PSALM. XCIII. verſ. 9. quod legitur iuxta vulgatos codices, ὁ πλάσας τὸν ὀφθαλμὸν, οὐχὶ κατανοεῖ: apud Philonem in libro περὶ φυτουργίας habetur, ὁ πλάσας τὸν ὀφθαλμόν,

θαλμὸν, ἐχὶ ὀπτελέφει. hæc lectio cõuenit cũ Hebræo, vt videre poterunt qui Hebræam linguã bene norunt.

PSAL. XCVII. verſ. 3. in vulgatis legitur, ἐμνήσθη τῶ ἐλέους αὐτοῦ τῷ Ιακώβ. ſed beatus Hieronymus ſcribens ad Suniam, admonet illud τῷ Ιακώβ eſſe ſuperfluum: neque enim in Hebræo eſt, neque in codicibus emendatis, neque Latina editio vulgata habet.

PSAL. CXVIII. in litera Daleth verſ. 27. iuxta vulgatam lectionem in Græcis libris habetur, ἐνύσαξεν ἡ ψυχή μου · quod Interpres Latinus vertit, *Dormitauit anima mea*; ſanctus Ambroſius legit, *ſtillauit anima mea*: ſed in explanatione affirmat aliquos codices habere *dormitauit*, quia ἐνύσαξεν, & ἔσαξεν duabus literis diſtant; potuit, inquit, Interpres, vel antiquarius ſcriptor hic falli. Et paulò pòſt idem Ambroſius, Qui facilioribus, inquit, laborum vtuntur compendiis, *dormitauit*, accipiunt. Sed Origenes qui multorum interpretationes diligenti diſcuſſit indagine, *ſtillauit*, ſecutus eſt. hæc ſanctus Ambroſius. Sed beatus Auguſtinus, & Caſſiodorus legunt, *dormitauit*, quemadmodum & editio noſtra vulgata habet. Sanctus Hieronymus in his quæ vertit ex Hebræo, legit, *diſtillauit anima mea*.

In eodem in litera Vau & verſ. 41. legitur in libris impreſſis, τὸ σωτήριόν σου κζ τὸν λόγον σου. ſed in Vaticano habetur τὸ σωτήριόν σου κζ τὸ λόγιόν σου: quæ lectio cum illa conuenit quam habet vulgata editio, *Salutare tuum ſecundum eloquium tuum*.

Paulò pòſt in eadem litera Vau verſ. 47. vulgati libri Græci habent, αἷς ἠγάπησα σφόδρα. ſanctus Hieronymus ſcribens ad Suniam, dicit vocem illam σφόδρα additam & ſuperfluam eſſe.

Verſ. 68. in litera Teth χρηστὸς εἶ σὺ κύριε: in Vaticano legitur, χρηστὸς εἶ σὺ. ita legit & Interpres: nam vertit, *bonus es tu*. Illud κύριε neque in Hebræo eſt.

Paulò pòſt in eadem litera Teth verſ. 69. ἐγὼ δὲ ἐν ὅλη καρδίᾳ μου: in Vaticano legitur ſine voce illa μου: quam & beatus Hieronymus additam eſſe affirmat. non eſt in editione noſtra vulgata, neque in Hebræo.

In eodem Pſal. ver. 105. λύχνος τοῖς ποσί μου ὁ νόμος σου, in Vaticano, λύχνος τοῖς ποσί μου ὁ λόγος σου; quã lectionem ſecutus Interpres vertit, *Lucerna pedibus meis verbum tuum*: Ita legit ſanctus Auguſtinus, & ante illum ſanctus Ambroſius & Caſſiodorus. Conuenit etiam cum Hebræo, in quo ſic legitur נֵר לְרַגְלִי דְבָרֶךָ

Paulò pòſt in litera Nun verſ. 109. vulgati libri Græci tam ſcripti quàm impreſſi habent ἡ ψυχή μου ἐν ταῖς χερσί σου, interpres legit ἡ ψυχή μου ἐν ταῖς χερσί μου: Itaque vertit, *Anima mea in manibus meis*. hanc lectionem approbans ſanctus Hieronymus, ſcribens ad Suniam, ait; Sciendum eſt & apud Hebræos, & apud LXX, & apud omnes alios Interpretes ſcriptum eſſe *in manibus meis*, & non *in manibus tuis*, quod Hebraicè dicitur; & omnes apud Græcos Eccleſiaſtici Interpretes iſtum locum ſic ediſſerunt; & eſt breuiter hic ſenſus: Quotidie periclitor, & quaſi in manibus meis ſanguinẽ meum porto, & tamen legem tuam non obliuiſcor: hæc ſanctus Doctor. beatus Ambroſ. in Commentariis quæ ſcripſit in hunc Pſalmum, aſſerit duobus modis hunc locum ſcriptum inueniri; ἐν ταῖς χερσί μου, & ἐν ταῖς χερσί σου. ſed in plerisque legi, ἐν ταῖς χερσί σου. ſanctus Auguſtinus: Nonnulli, inquit, codices habent, *in manibus meis*: ſed plures *in tuis*. Et hoc quidem planum eſt. *Iuſtorum enim animæ in manu Dei ſunt*. *Anima verò mea in manibus meis*, quomodo intelligatur ignoro. Caſſiodorus monachus ſecutus eſt lectionem illam: *Anima mea in manibus tuis*. Theodoritus & Euthymius legunt, & interpretantur, *Anima mea in manibus tuis*: ſed melius, vt diximus, legitur, *Anima mea in manibus meis*, vt in editione vulgata habetur, & in Hebræo in quo eſt, נַפְשִׁי בְכַפִּי תָמִיד

In eodem Pſalmo in litera Pe verſ. 136. διεξόδους ὑδάτων κατέδυσαν οἱ ὀφθαλμοί μου. ſanctus Ambroſius tractans hunc locum, hæc ſcripſit: Sunt codices qui habent διεξόδους ὑδάτων κατεβίβασαν οἱ ὀφθαλμοί μου. ſed ego in Græco codice meo κατέβησαν legi, hoc eſt, *deſcenderunt*: in quo poteſt fieri, vt in vtramlibet partem duarum adiectione, aut diminutione literarum ſcriptor errauerit. hæc ſanctus Ambroſius. Videtur Interpres Latinus ſecutus lectionem illam διεξόδους ὑδάτων κατεβίβασαν οἱ ὀφθαλμοί μου vertiſſe, *Exitus aquarum deduxerunt oculi mei*. beatus Hilarius legit, *Exitus aquarum tranſierunt oculi mei*. ſanctus Auguſtinus legit, *Exitus aquarum deſcenderunt oculi mei*, videtur legiſſe διεξόδους ὑδάτων κατέβησαν οἱ ὀφθαλμοί μου. Teſtatur idẽ Doctor ſe in nõnullis codicibus legiſſe, *tranſierunt oculi mei*. ſanctus Hieron. vertit ex Hebræo, *Riui aquarum fluebant de oculis meis*. Item quod ſequitur ἕνεκεν οὐκ ἐφύλαξα τὸν νόμον σου, in codicibus emendatis legitur, ἕνεκεν οὐκ ἐφύλαξαν τὸν νόμον σου. quam lectionem ſecutus Interpres vertit: *Quoniam non cuſtodierunt legem tuam*. in Hebræo etiam legitur, עַל לֹא שָׁמְרוּ

In eodem legitur in litera Sade verſ. 138. κὴ ἀλήθειαν σφόδρα. in aliis autem emendatis, καὶ ἀλήθειαν σου σφόδρα. quam lectionem ſecutus Interpres vertit: *& veritatem tuam nimis*. Ita legit ſanctus Hilarius, & beatus Auguſtinus, & Caſſiodorus monachus.

In eodem Pſalmo legitur iuxta nonnullos impreſſos codices ἐφύλαξεν ἡ ψυχή μου τὰ μαρτύριά σου κὴ ἠγάπησεν. emẽdati libri habent poſt verbum illud ἠγάπησεν, αὐτὰ σφόδρα.

PSAL. CXIX. verſ. 2. illud ἀπὸ χειλέων ἀδίκων καὶ ἀπὸ γλώσσης δολίας ſine coniunctione illa κὴ legendum eſſe affirmat beatus Hieronymus ſcribens ad Suniam. neque in Hebræo eſt coniunctio.

PSAL. CXX. verſ. 3. quod legitur, μὴ δώῃς εἰς σάλον τὸν πόδα σου, in codicibus emendatis habetur, μὴ δώῃ εἰς σάλον τὸν πόδα σου. quam lectionem ſecutus Interpres vertit, *Non det in commotionem pedem tuum*. Ita legit & interpretatur ſanctus Hilarius. beatus Auguſtinus ſequitur lectionem illam μὴ δώῃς. Ita Chryſoſtomus, Theodoritus, & Euthymius monachus. Editio Complutenſis habet μὴ δώῃ. quod etiam cõuenit cum Hebræo: ſic enim in illo legitur, אַל יִתֵּן

PSALM. CXXIII. verſ. 3. quod legitur, ἐν τῷ ὀργισθῆναι τὸν θυμὸν αὐτοῦ ἐφ' ἡμᾶς: Vaticanus codex habet ἐν τῷ ὀργισθῆναι τὸν θυμὸν αὐτῶν ἐφ' ἡμᾶς. Ita legit Interpres: nam vertit, *Cùm iraſceretur furor eorum ſuper nos*. Ita legit ſanctus Hilarius, niſi quod pro *furor eorum*, habet, *animus eorum*. Sanctus Auguſtinus legit, vt habet vulgata noſtra editio; quæ conuenit cum Hebræo, ſic enim in illo eſt אָדָם בָּנוּ

PSALM. CXXVI. verſ. 5. & vlt. quod impreſſi libri habent, μακάριος, ὃς πληρώσει, in Vaticano legitur, μακάριος ἀνὴρ, ὃς πληρώσῃ: Atque ita legendum eſſe docet ſanctus Hieronymus, ſcribens ad Suniam. Eandem lectionem ſecutus Interpres vertit, *Beatus vir qui implebit*. beatus Ioannes Chryſoſtomus legit, μακάριος ἄνθρωπος. Conuenit lectio cum Hebræo.

Extremus verſus eiuſdem Pſalmi legitur in libris vulgatis, ὃ καταισχυνθήσονται ὅταν λαλῶσι τοῖς ἐχθροῖς αὐτοῦ ἐν πύλαις, in Vaticano exemplari leguntur hæc totidem verbis, niſi quod pro αὐτοῦ habetur αὐτῶν. Ita legit & ſanctus Ioannes Chryſoſtomus in explanatione huius Pſalmi.

PSALM. CXXVII. verſ. 6. & vlt. quod legitur in libris vulgatis, καὶ ἴδοις υἱοὺς τῶν υἱῶν σου εἰρήνη ὅπὶ τὸν ἰσραήλ: in exemplari Vaticano habetur totidem verbis; niſi quòd pro εἰρήνη ὅπὶ τὸν ἰσραήλ, legitur εἰρήνην ὅπὶ τῷ ἰσραήλ quam lectionem ſecutus eſt ſanctus Hilarius: ſic enim habet: *Et videas filios filiorum tuorum, & pacem ſuper Iſrael*. Ita legit & Arnobius in Commentariis: *Et videas*, inquit, *filios filiorum tuorum pacem ſuper Iſrael*. beatus Ioannes Chryſoſtomus legit, εἰρήνη ὅπὶ τὸν ἰσραήλ. Ita Theodoritus & Euthymius.

PSALM.

PSALM. CXXIX. verſ. 4. quod libri tam impreſſi quàm ſcripti habent ἕνεκεν τοῦ ὀνόματός σου ὑπέμεινά σε κύριε, in libris emendatis legitur, ἕνεκεν τοῦ νόμου σου. quam lectionem ſecutus Interpres vertit, *Propter legem tuam ſuſtinui te Domine.* In Complutenſi habetur, ἕνεκεν τοῦ ὀνόματός σου. Ita in Commentariis Theodoriti & Euthymij. Sanctus Ioannes Chryſoſtomus licet legat ἕνεκεν τοῦ ὀνόματός σου: affirmat tamen apud nonnullos legi ἕνεκεν τοῦ νόμου σου. Fatetur ſanctus Hieronymus plura exemplaria inueniri, quæ habeant, ἕνεκεν τοῦ ὀνόματός σου. ſed tamen veram lectionem eſſe aſſerit, ἕνεκεν τοῦ νόμου σου. hanc & vulgata noſtra lectio habet, Arnobius, Hilarius, Auguſtinus, & Caſſiodorus. Conuenit etiam cum Hebræo, in quo eſt: וְלְתוֹרָתְךָ הוֹחַלְתִּי

PSALM. CXXX. verſ. 2. impreſſi libri, & plerique manuſcripti habent, ὡς ἀνταποδώσεις ὅτι τῷ ψυχῷ μου. in quibuſdam verò emendatis legitur, ὡς ἀνταπόδωσις ὅτι τῷ ψυχῷ μου. hanc lectionem habuit Interpres. ſic enim vertit: *Ita retributio in animam meam.* Eodem modo legit Arnobius, & beatus Auguſtinus, Hilarius, & Caſſiodorus legunt: *Sic retribues in animam meam.*

PSALM. CXXXII. verſ. 2. legitur, τὸν ᾠδὸν τὸν Ἀαρών. in aliis emendationibus habetur, τὸν ᾠδὸν τοῦ Ἀαρών.

PSAL. CXXXV. verſ. 4. quod legitur, τῷ ποιήσαντι φῶτα μεγάλα μόνῳ, beatus Hieronymus in iis quæ ſcripſit ad Suniam, affirmat ſuperfluam eſſe hoc loco vocem illam μόνῳ. neque editio noſtra vulgata habet.

PSAL. CXXXVII. verſ. 1. legitur, καὶ ἐναντίον ἀγγέλων. in Vaticano habetur ſine illa coniunctione καὶ, quæ neque in vulgata editione Latina eſt, neque in Hebræo.

In eodem legitur verſ. 5. καὶ ᾄσάτωσαν ἐν ταῖς ᾠδαῖς κυρίου: ſed in exemplari Vaticano habetur, καὶ ᾄσάτωσαν ἐν ταῖς ὁδοῖς κυρίου. Sic & Interpres habuit: ſiquidem vertit, *Et cantent in viis Domini.* Conuenit lectio cum Hebræo, in quo eſt וְיָשִׁירוּ בְּדַרְכֵי יְהוָה

PSAL. CXXXVIII. verſ. 4. vulgata lectio habet ὅτι οὐκ ἔστι δόλος ἐν γλώσσῃ μου. beatus Hieronymus ſcribens ad Suniam, affirmat legendum, ὅτι οὐκ ἔστι λόγος ἐν γλώσσῃ μου. quam lectionem ſecutus Interpres vertit, *Quia non eſt ſermo in lingua mea.* Conuenit etiam cum Hebræo, in quo ita legitur: כִּי אֵין מִלָּה בִּלְשׁוֹנִי

PSAL. CXXXIX. verſ. 6. vulgati libri habent, καὶ χοινία δίετειναν παγίδα τοῖς ποσί μου. At beatus Hieronymus in his quæ ſæpè citauimus, affirmat ſuperfluum eſſe illud, τοῖς ποσί μου: quod neque in editione vulgata eſt, neque in Hebræo.

Paulò pòſt, verſ. 8. ἐπεσκίασας ὅπλα τῷ κεφαλῇ: in Vaticano legitur, ἐπεσκίασας ὅπλα τῷ κεφαλῇ μου, quemadmodũ & Interpres legit, & in Hebræo eſt: ſic enim in illo habetur, סַכּוֹתָ לְרֹאשִׁי

In eodem legitur verſ. 13. ποιήσει κύριος τὸ κρίσιν τοῦ πτωχοῦ. ſed Vaticanus codex habet, ποιήσει κύριος τῷ κρίσιν τῷ πτωχοῦ. Ita & Interpres habuit. Conuenit lectio cum Hebræo in quo eſt יַעֲשֶׂה דִּין עֲנִי

PSAL. CXL. verſ. 7. vulgatus codex habet, διεσκορπίσθη τὰ ὀστᾶ αὐτῶν. Vaticanus verò, διεσκορπίσθη τὰ ὀστᾶ ἡμῶν. ita legit Interpres Latinus, atque ita legendum eſſe affirmat ſanctus Hieronymus ſcribens ad Suniam: ſic etiam habetur in Hebræo.

PSAL. CXLIII. verſ. 3. pro eo quod vulgati libri habent, ὅτι λογίζῃ αὐτῷ, Vaticanus habet, ὅτι λογίζῃ αὐτόν: atque ita legens Latinus Interpres vertit, *Quia reputas eum.*

In eodem verſ. 5. legitur in vulgatis, κύριε κλῖνον οὐρανούς, ſed in Vaticano habetur, κύριε κλῖνον οὐρανούς σου. hoc vertit Interpres Latinus: *Domine inclina cœlos tuos.* Conuenit lectio cum Hebræo.

PSAL. CXLVII. verſ. 16. quod legitur, διδόντος χόνα αὐτοῦ ὡσεὶ ἔριον, in Vaticano exemplari eſt, διδόντος χόνα ὡσεὶ ἔριον: quã lectionẽ ſecutus Interpres vertit, *Qui dat niuem ſicut lanam.* Conuenit lectio cũ Hebræo.

Verſ. 19. vulgati codices habẽt, ὁ ἀπαγγέλλων τὸ λόγον αὐτοῦ τῷ Ιακώβ, ſed in Vaticano exemplari legitur, ὁ ἀπαγγέλλων τὸν λόγον αὐτοῦ. hanc lectionem ſequens Latinus Interpres vertit, *Qui annuntiat verbũ ſuũ Iacob.*

PSAL. CXLIX. verſ. 9. & vlt. legitur iuxta vulgatos codices δόξα αὕτη ἔσται πᾶσι: ſed Vaticanus habet δόξα αὕτη ἔστι πᾶσι. ſic legens Latinus Interpres vertit, *Gloria hæc eſt omnibus.* licet Theodoritus, & plerique Græci tam codices, quàm Interpretes habeant ἔσται. Tamen beatus Auguſtinus legit: *Gloria hæc eſt omnibus.* Et ante illum Arnobius, & poſtea Caſſiodorus monachus. At ne quis putet in ſolis noſtris Latinis ita legi, addam non in ſolo Vaticano exemplari legi, δόξα αὕτη ἐστὶ, verumetiam in Commentariis ſancti Ioannis Chryſoſtomi, qui legit, & interpretatur, δόξα αὕτη ἐστὶ πᾶσι τοῖς ὁσίοις αὐτοῦ.

FINIS.

Eruditiſs. iſtas in Græcum Pſalterium notationes, dignas quæ typis mandentur, cenſemus. Anno 1571. Poſtridie Calend. Nouembris.

Auguſtinus Hunnæus.

Cornelius Reyneri Goudanus.

Johannes Harlemius.

UNIVERSIDAD CENTRAL BIBLIOTECA DERECHO